



**Adversus pestiferos foedissimosque Catharor[um], (qui  
Maniche[orum] h[a]eresim innouarunt) damnatos errores ac  
haereses, Eckberti, primo ecclesiae collegiatae Bunnensis,  
Coloniensis dioeceseos canonici, demum uero professi  
mo-||nachi Schonaugieñ[is] monasterij utilissimi sermones ex  
penetalibus euangelicis & aliar[um] diuinar[um] scripturarum  
armario deprompti ... ;**

<https://hdl.handle.net/1874/425978>

# ADVER-

S V S P E S T I F E R O S F O E D I S S I M O S Q U E  
 Catharorū, (qui Manichœorū hæresim innouarunt)  
 damnatos errores ac hæreses, ECKBERTI presbyte-  
 ri, primo ecclesiæ collegiatæ Bunnensis, Colonien-  
 sis dioceſeos canonici, demum uero professi mo-  
 nachi Schonaugieñ. monasterij utilissimi SERMO-  
 NE sex penetralibus euangelicis & aliaꝝ diuinarꝝ  
 scripturarum armario deprompti. Ex quibus  
 proculdubio fructum plurimum metet  
 diligens lector & candidus.

Breue ex Augustino de Manichæis excer-  
 ptum, per eundem Eckbertum.

I N L A Y D E M B Y N N E N S I S O P P I D A  
 Hexastichon uetus.

Bunna solum felix, celebris locus, inclita tellus,

Florida martyrio terra sacra deo.

Exilibus requies & asylum mente fuisti,

Semper & externi te reperere suam.

Tesibi Mars pridem bene messuit imperialem,

Vt sua Thebæis ultro tributa feras.

ECKBERTI VITA EX TRITEMII

libro de scripto Eccl.

**E**ckbertus secundus abbas monasterij S. Florini, ordinis divi patris Benedicti Treverensis dioecesis, natione Teutonicus, uit in diuinis scripturis studiolus & eruditus, & non minus conuersatione quam scientia uenerabilis, frater beatus Helizabet virginis abbatissae Schonaugiensis fuit. Hic antea Bunnerensis ecclesiae canonicus fuit: qui a sancta sorore ad Schonaugiam uocatus, primo monachus, ac deinde abbas factus est. Scriptis non contemnendae lectionis opuscula, quibus nomen suum ad posteritatis notitiam transmisit: e quibus subiecta reperti.

Aduersum hæreses li. i Prophetatum dudum tempora.  
In prim euag. Ioan. li. i Mysteria diuini sermōis.  
Super magnificat li. i Spiritus dñi sup te Maria.  
Sup missus est ang. li. i Sermo euāgelicus omni.  
De obitu sororissug li. i Virginibus deo sacratis.  
Meditationes li. i Verbū mihi est ad te rex.  
Sermones p annū li. 2 Erūt signa &c. aduēt⁹ do.  
Laudes saluatoris li. i  
Ep̄fang ad diuersos li. i

Alia quoq; nonnulla edidit, quæ ad notitiam meā non uenerunt, fuit enim declamator egregius, doctus & eloquens, adeo ut quendā hæreticum quē nemo concludere poterat, unica disputatione superaret. Claruit in cœnobio præfato S. Florini quod Schonaugia dicitur in dioecesi Treverensi, sub Frederico Imperatore I. Anno M. CLX. & propter religionem & doctrinam in pretio habebatur.

ILLVSTRIS

# ILLVSTRIS

SIMO RECTORI PONTIFICALIS CA

chedræ in Colonia domino REGINOLDO, fra-  
ter ECKBERTVS Schonangieñ. cœnobij  
monachus, hoc munusculum  
ex meditationibus suis.



Nuestra diœcesi frequenter con-  
tingit deprehendi quosdam haere-  
ticos, qui diebus istis plurimum  
notabiles sunt in erroribus suis. Hi  
sunt quos vulgo Catharos uocat:  
gens pernicioſa nimis catholicæ  
fidei, quā uelut tineæ demoluntur & corrūpunt,  
ambulantes in astutia multa. Muniti sunt uerbis sa-  
cræ scripturæ, quæ aliquid mō sectis eorum concordare  
uidentur: & ex eis sciunt defendere errores suos, &  
oblatrare catholicæ ueritati: rectæ autem intelli-  
gentiae quæ in sacris uerbis later, & nō sine magna  
discretione agnoscitur, nimis expertes sunt. Ego  
itaq; operæ pretium duxi errores eorum describe-  
re, & annotare autoritates scripturar; ex quibus se  
defendunt, ac demonstrare quomodo sane intelli-  
gi debeat: simulq; eas partes fidei nostræ, quibus  
se opponunt, proponere: & quibus scripturæ auto-  
ritatibus, quibus uexationibus defendi possint,  
cum superno adiutorio demonstrare: ut qui ista le-  
gere & in memoria habere curauerint, aliquanto  
promptiores sint ad disceptandum cum illis, si quan-  
do, ut assolet, in populo fuerint deprehensi. Valde  
enim linguosi sunt, ac semper in promptu illis est

A 2 quod

P R A E F A T I O.

quod aduersum nos dicere possint. Et est non par-  
ua uerecundia nostris, qui literas sciunt, ut sint mu-  
ti & clingues in cōspectu illorum. Cum essem Ca-  
nonicus in ecclesia Bunnensi, sēpe ego & unani-  
mis meus Bertolphus, cū talibus altercati sumus:  
& diligenter attendi errores eorum ac defensiones.  
Multra quoq[ue] de illis innotuerūt per eos qui exierāt  
de conuenticulis eorū & resipuerant à laqueis dia-  
boli. Propterea & abundantius ea quæ de illis sunt,  
& quæ contra illos dici possunt, in hunc librum cū  
abbatis mei domini HILDELI NTI exhortatione con-  
gessi, uestræq[ue] celitudini antiquæ familiaritatis  
causa transmisi, quatinus si forte coram uobis ta-  
les examinari cōtigerit, munita sit ex his sermoni-  
bus prudentia uestra, ad obstruenda ora lo-  
quentium iniqua, & ad confirmandum ua-  
cillantes animos seductibilium hominū,  
qui dolosis sermonibus illorum dece-  
pti, ambulare eos secundum uerita-  
tem existimant. Rogo autem,  
ut si rationabilem forte iudi-  
caueritis huius libri com-  
positionem, & in ali-  
quo utilem Christi-  
anæ religioni fo-  
re perspexe-  
ritis, in  
com  
mune eum uenire faciatis, ut sit in  
scandalum generationi illi  
peſſimæ cunctis diebus.

Sermo

# SERMO DE

HAERESIBVS, ADVERSVS QVOS  
disceptatio assumitur.



Nam pretiosam margaritam à spon-  
so suo Christo Iesu in dotem accepit  
virgo ecclesia, fidem catholicam : &  
hæc quod dolendum est, infidiales  
multos patitur his diebus, qui moli-  
untur conterere eam. Pericula nouissimorum tem-  
porum, ut æstimo, uenire cœperunt, de quibus in  
euangeliō saluator prophetauit, quando de signis  
quæ diem iudicij essent præcessura, loquens ad di-  
scipulos, sicut scribit Matthæus, hæc inter cætera  
dicebat: Tunc si quis uobis dixerit, ecce hic Chri-  
stus aut illuc, nolite credere: surgent enim pseudo-  
christi & pseudoprophetæ, & dabūt signa magna  
& prodigia, ita ut in errorem ducantur, si fieri po-  
test, etiam electi. Ecce prædixi uobis. Si ergo dixe-  
rint uobis, ecce hic est in deserto, nolite exire: ecce  
in penetralibus est, nolite credere. Et quidē si tam  
insanḡ mentis adhuc quispiam uenerit, qui se dicat  
esse Christum, nondum audiuiimus: sed de pseudo  
prophetis qui dicunt esse in penetralibus Christū,  
iam multa percipimus. Ecce enim quidā latibulosis  
homines peruersi & peruersores, qui per multa tē-  
pora latuerunt, & occulte fidem Christianā in mul-  
tis stulte simplicitatis hominibus corruerunt, ita  
per omnes terras multiplicati sunt, ut grande peri-  
culū patiatur ecclesia dei à ueneno pessimo, quod  
undiq; aduersus eā effundūt: nā sermo eorum serpit  
ut cancer, & quasi lepra uolatile lōge lateq; discur-

Fides ca-  
tholica,  
pretiosa  
margari-  
ta.

Mat. 24

A f r i t,

## ADVERSUS CATHAROS

rit, pretiosa membra Christi contaminans. Hos nostra Germania, Catharos: Flandria, Piphles: Galisia, Tesserant, ab usu texendi appellat. Sicut de eis p̄dixit dñs, dicunt in penetralibus esse Christū: quā uerā fidē Christi, & uerū cultū Christi, non alibi esse dicunt, nisi in conuenticulis suis, quæ habent in cellarijs & in textrinis, & in huiusmōi subterraneis domibus. Apostolor̄ uitā agere se dicūt: sed cōtrarij sunt fidei sancte, & sanḡ doctrinæ, quæ à sanctis apostolis, & ab ipso dño saluatore nobis tradita ē. Ipsi etenī sunt de qbus apostolus Paulus in epistro 1.Tim. 4 la ad Timotheum ita locutus est: Sp̄us aut̄ manife ste dicit, quā in nouissimis diebus discedent quidā à fide, attendentes spiritibus erroris & doctrinis dæmoniorū, in hypocrisi loquentiū mendaciū, & p̄hibentiū nubere, abstinere à cibis quos deus crea uit ad percipiendū cū gratiarum actione.

De coniugio, Hæresis prima.

**F**et qdem uere hi sunt ad quos pertinet hic sermo, qm̄ nuptias reprobāt & condēnat, ita q̄ nō aliud q̄ eternā damnationē promittūt eis, q̄ in cōiugali uita p̄manent usq̄ in finē. Approbare qdem se dicūt qdā ex eis, illor̄ coniugiū, q̄ vir gines cōueniūt, sed nec illos saluari posse dicūt, ni si ante finē uitæ suæ abinuicē se parent: ac p̄ hoc tāle q̄q̄ coniugiū prohibēt. Carnē oēm uitant, q̄ pfe scđa, de e tē sectā illoꝝ ingressi sunt: nō ea causa qua mona su carniū chi, aut alijs spūaliter uiuētes ab ea abstinent, sed id uitādo. circa uitandū esse esum carnis dicūt, quia de cōcūbitu nata sit ois caro: & ex hoc immundā esse arbitria. Tertia, de trans. Et hanc quidē rōnem manifestius dicūt, sed creatione in occultis suis, qđ peius est, dicūt, uidelicet oēm carnem

carnem facturam diaboli esse: ideoq; nec in summis necessitatibus eam ullatenus gustant. De baptismo uarie loquuntur. Baptismum nihil prodesse dicunt parvulis qui baptizatur: quia per seipso baptismum petere non possunt: & quia nullam fidem possunt profiteri. Est autem aliud quod inde communius sed occultius loquuntur, uidelicet q; nullus baptismus in aqua prospic ad salutem. Inde & eos qui ad secta illorum trascunt, suo qdā occulto modo rebaptizat, quem baptismum in spiritu sancto & ignefieri dicunt. De animabus mortuorum talē sententiam habet, quod in ipsa hora exitus sui, uel transeunt ad æternam beatitudinem, uel ad æternam damnationem. Non enim recipiūt quod credit universalis ecclesia, uidelicet esse quasdam purgatorias poenas, in quibus animæ quorūdam electorum ad tempus examinētur pro peccatis suis, de quibus in hac uita per cōdignam satisfactionē ad plenū purgatiōne non sunt. Propterea ergo arbitrantur superfluum & uanum esse orare pro mortuis, elemosynas dare, missas celebrare, & irridēnt pulsatiōes cāpanarū quas facimus, quæ tñ pia rōne in ecclesiis fiunt, ut uidelicet uiui ad orandū pro mortuis cōmoneant, & ad memoriam p̄priæ mortis existent. Missas quæ in ecclesiis celebrant oīno sponnūt & p nihilo ducunt. Nā si forte cū populo in q; habitat, ad audiendū missas, siue etiā ad percipiendā eucharistiā accedunt, oīno hoc simulatorie faciunt, ne infidelitas eorum possit notari. Ordinem quippe sacerdotij in Romana ecclesia, & in cunctis ecclesiis catholicæ fidei omnino perisse dicunt, nec

carnium.

Quarta,  
de bapti-  
smo par-  
vulorum.Quinta, de  
baptismo  
aquaꝝ.Sexta, de  
aiab. mor-  
tuorū.

## AD VERSVS CATHAROS.

usquam nisi in secta eorum ueros sacerdotes inueniri. Corpus domini & sanguinem nullo modo nostra consecratione fieri, aut à nobis per communionem percipi posse credunt: se autem solos in mensis suis corpus domini facere dicunt. Sed in uerbis illis dolum habent: non enim uerum illud corpus Christi significant, quod de uirgine natum fuisse credimus, & quod passum est in cruce: sed suipius carnem corpus domini uocant: & in eo quod sua corpora nutriunt cibis mensæ suæ, corpus domini se facere dicunt: Nec intactum præteribo quod audiui à quodam viro fideli, qui agnita eorum p[ro]f[essione] secretis quibusdam turpitudinibus, de societate eorum exiuit. Nam in domino saluatore ita errare eos affirmabat, ut dicerent eum non uere natum ex uirgine, nec uere humanam carnem eum habuisse, sed simulata carnis speciem: nec ex mortuis eum resurrexisse, sed mortem & resurrectionem simulasse Propter quod & Christianis pascha celebrantibus, uel negligenter hoc celebrant, si inter ipsos sunt: uel occasiones querunt discedendi de medio eorum quibus cohabitant, ne cum eis solemnizare cogantur. Celebrant autem pro eo aliud quoddam festum, in quo occisus est heresiarcha eorum Manichæus, cutus proculdubio heresim sectatur, quod beatus Augustinus in libro contra Manichæos Beina appellari dixit. Meus autem recitator ab eis quibus ipse fuerat cōmoratus, Malilosa dixit uocari, & autumnali tempore celebrari. Præter hæc & nouam Decima, quandam, & hactenus inauditam insaniam de eis communem habemus, quā manifeste confessi sunt quādānis aīab[us], eorum cū examinaretur a clero in ciuitate Colonia.

ub

ubi & à populo feruentis zeli combusti sunt. Dicebant enim aias humanas non aliud esse, nisi illos apostatas spiritus, qui in principio mudi de regno cœlorum electi sunt: & eos in humanis corporibus posse p bona opera promereri salutē: sed hoc nō nisi inter eos, qui adeoꝝ pertinent sectā. Talia iam longo tēpore latēter susurraverūt, lustrantes ubiqꝝ domos seductibiliū hominum, & multas in his tēporibus infelices animas, ut audiūmus, captiuas ducunt retinaculis susurri pessimi. Circūeunt (ut ita dicā) mare & aridam, ut faciant Catharū unū: & oēm religiosam conuersationē impia detractione cōmaculant: nec quenqꝫ saluari posse, nisi ad eos transierit sectam, affirmant. Ita q̄cū omni diligentia vigilare necesse est oēs qui zelū dei habent. & exercitatos habent sensus in scripturis sanctis, ad capiendum uulpeculas has pessimas, quæ demoliuntur uineā domini sabaoth. Multi quidem sunt errores illorū, ita ut nemo oēs enumerando prosequi ualeat: sed eos qui maxime periculosi mihi uisi sunt, distinxī, & in una serie disposui: quoniā annuēre deo specialiter aduerius eos loqui mihi propositū est.

De origine sectæ Catharorum.

**S**ciendū uero eit, & non celandum ab auribus uulgi, quoniā indubitanter secta eos, de quibus agimus, originē accepit à Manicheo hæresiarcha: cuius doctrina maledicta erat & tota uenenoſa, & radicata est in populo isto peruerso. Multa tñ permixta habent doctrinæ magistri sui, que inter hereses illius nō inueniunt. Diuisi sunt etiā contra semetipſos, quia nōnulla quæ ab aliquibus eorū dicunt, ab alijs negant. Manichetus aut iste (ut nunc

## ADVERSUS CATHAROS

paucia de illo loquar.) à Persia oriundus erat, & pri  
mo qui iem Manes dicebat, postea uero à discipu  
lis suis Manichæus appellatus est, ne insanus uide  
tur, & dictus Manes à mania, qđ est insaniae nos  
men. Sic aut̄ insanus erat, ut diceret seipsum spiri  
tūsanctū, & se missum fuisse à Christo in mundū,  
sicut promiserat cū ascēsurus esset in cœlū: ideoq;  
& Christi se apostolum dicebat, quasi missum ab  
ipso. Vnde & discipuli eius ex hoc gloriabant, qđ  
in magistro ipso & cōplēta esset promissio Christi  
de spiritu paracleto. Ex numero discipulorum suo  
rum duodecim elegit, quos quasi apostolos suos  
habebat, ut in hoc haberet formam Christi, qui ex  
discipulis suis duodecim sibi elegit apostolos: quē  
numerum imitatores eius & hodierna die obser  
vant: qui ex electis suis habēt duodecim quos ap  
pellant magistros, & tertiumdecimum principem  
ipsorum: episcopos autem septuagintaduos, qui  
ordinantur a magistris: & presbyteros & diaconos,  
qui ab episcopis ordinantur: & hi electi inter eos  
uocantur: qui uero non ad tantam perfectionem  
uenerunt ut electi possint dici, auditores uocantur.  
Mittuntur aut̄ ex omnibus qui idonei uidentur ad  
eorum errorem, uel ubi est, sustentandū, uel augē  
dum, uel ubi non est, seminandū. Manichæi do  
ctrina & sequaciū eius, Christianæ fidei in ipsa ra  
dice sua se opponit, sicut nūc demonstrabo. Credit  
imus enim & cōfitemur unū solum esse deum, qui  
Manichæ fecit cœlū & terrā, & om̄ia quæ in eis sunt: & hæc ra  
uus duo eē dix fidei nostre: illi uero duos creatorēs esse docēt,  
res & princi unum bonum, & alterum malum: uidelicet deum  
pia dixit. & quendam immanem principem tenebrarum:  
quem

## SERMO

quem nescio' quomodo rectius uocare possimus nisi diabolum. Duas naturas fuisse dicunt ab æterno contrarias sibi inuicem, unam bonam, & alteram malam: & ex eis dicunt creatæ esse uniuersa. Animas hominum, & uitalem spiritum quorumlibet animantium, & uirtutem quæ uiuificat arbores & herbas, & quælibet semina, à deo originem habere dicunt, & condita ex illa bona natura: imo & quandam partem dei, unumquodq; talium esse uolunt. Carnem uero omnium quæ uiuunt super terram, tam hominū q; aliorū animalium ab illo immani principe tenebrarū, id est diabolo, originem dicunt habere, & cōdita ex mala natura: & ob hoc ut suprà dictum est, esum carnium uitant. Horrendus est sermo, & omnino alienus ab humano sensu, quem de talibus rebus filij diaboli confinxerūt, ad perditionem omnium eorū qui illis credunt, & à casta ueritate quæ est in scripturis sanctis, mente auertunt. Hoc quoq; manifestum inter errores Manichæi & discipulorū eius legitur: quod dicebant filium dei nunquam uere humanum corpus suscepisse in uirgine, sed similitudinem tantum humani corporis habuisse: & nunquam uere passum aut mortuum fuisse, aut resurrexisse: sed tantum in his omnibus fecelliisse humanos sensus, ita ut hominibus uera uiderentur cuncta quæ dicuntur de humanitate eius: & quod nulla tamen ueritas fuisset in his omnibus. Id ipsum autem ante Manichæum in Persia docuerant duo magi, Zaroë & Arphaxat. Et, sicut dixim⁹, hæc oīa nobis ueraciter cōpta sunt de oīb⁹ istis q̄s nūc Catharos uocāt: & ipsi originē habuerūt à quibusdā discipulis Manichæi, qui oīm

## ADVERSUS CATHAROS

olim Catharistæ dicebāt. Nā Maniche⁹ ille de q̄ to  
tus hic error pcessit, multos qdē discipulos habe-  
bat: & sub una secta erāt, dum adhuc utueret; mor-  
tuo autē eo, dissenserunt ab inuicē, & diuisi sunt in  
tres partes: & uocati sunt quidā eorū Mattharij, qui  
dā uero Catharistæ, quidā autē singulariter Mani-  
chē dicebant, quia singularius cæteris magistrū  
suū securi sunt, omnes tñ cōmune habebāt hoc no-  
men, ut dicerent Manichē: quia oīm error à Mani-  
chē originē habuit. Ipsi uero qui Catharistæ dice-  
bantur, omnibus cæteris turpiores habebant, pro-  
pter quasdā secretas spurcias, quas specialiter iþi  
exercebant. Quoꝝ doctrinā & uitam iudubitanter  
sectantur isti, de quibus nunc sermo est nobis. Vn-  
de aūt Catharistg. i. purgatores, primo uocati sunt,  
alio loco dicere statui: ne principiū libri huius ali-  
quis abominet, si statim oēs prauitates eorū enar-  
rare. Nā quæ de Manichēs à beato Augustino con-  
scripta sunt, summatim & breuiter collegi ex trib⁹  
libris eius, uidelicet ex eo qui inscribitur cōtra Ma-  
nichgos, & ex eo q̄ intitulat de morib. Manichēorū,  
& ex lib. de heresisbus: & eandē collectionē in fine li-  
bri huius annextere dispono: ut qui legerint, pos-  
sint quasi à fundamento totā hanc hæresim plenī  
agnoscere: & intelligāt, qm̄ hæc hæresis oīm hære-  
sum sentina est. Prodūt aūt semetipſos q̄ sint de er-  
rore Manichēi, in eo quod dicere solent, quod bea-  
tus Augustinus prodiderit secreta eorū: & constat  
q̄ ipse ante perceptionē baptismi disciplinæ Ma-  
nichēorū aliquandiu interfuit, & postea errores eo-  
rū & secreta manifeste in libris quos nominaui, de-  
scripsit & confutauit.

Sermo

## SERMO II.

De eo quod doctrina Christiana occultā-  
da non sit Sermo II.

**A**Duos ergo nunc mihi sermo est ô Catha-  
tri plebs angulosa, qui nō alibi nisi in uestris  
penetralibus Christū esse quærendū æsti-  
matis. Dicite mihi: qñ iniçt hoc consiliū dñs, ut uel-  
let esse absconditus in angulis uestris? Dicitis qm  
ueritas Christianæ fidei uobis solis sit nota, & apd  
uos solos abscondita. Sed scimus qm dñs saluator  
ipse eā non abscondit, ut patet in uerbis ipsius, que  
imminente sua passione coram pontifice Iudeorū  
locutus est, dicens: Ego palā locutus sum mundo, Iohan.18  
ego sp̄ docui in synagogis, ubi oēs Iudæi conueni-  
unt, & in occulto locutus sum nihil. Non enim ita  
aliquid locutus est, ut hoc uellet occultū permane-  
re. Nā et si aliquando discipulis seorsum à turbis ali-  
qua loquebatur, que nō illo tēpore conueniebat Mat.10  
fieri manifesta, dicebat tamē illis: Quod dico in te-  
nebris, dicte in lumine, & qđ in aure auditis, præ-  
dicate super tecta. Quib⁹ & post resurrectionē suā Mar.ult.  
præcepit dicens: Euntes in mundū uniuersum, præ-  
dicate euangeliū omni creaturæ. De quibus & euā  
gelista subdit, dicens: Illi aut̄ profecti predicauerūt Ibidē  
ubiqđ domino cooperāte, & sermonē eoꝝ cōfirmā-  
te sequentibus signis. Prædicauerunt non in angu-  
lis, non in cellarijs, aut textrinis, sed sicut scripture  
dicit: Prædicauerūt ubiqđ, nō solū in domib. sed in  
foro, & plateis ciuitatū, non solū corā plebe, sed &  
corā regibus & principibus omn̄ terraꝝ, sicut scri-  
ptū est de eis: In oēm terrā exiuit sonus eorū. Nolu-  
it doctrinā suā à Paulo celari dominus, cū dicebat Psal.18.  
Vas electionis mihi est iste, ut portet nomen meū Act.9  
corā

## ADVERSVS CATHAROS

Rom. I.

coram regibus & principibus & filiis Israël. Ipse quoque Paulus à nullo genere hominum zelando esse ueritatem euangelij aestimabat, quando dixit: Græcis ac barbaris, sapientibus & insipientibus debitor sum, ita quod in me promptum est, & tuobis qui Romæ estis euangelizare, sicut dixi. Pre dicauerunt sancti apostoli in manifesto doctrinam salutis, & signa fecerunt mortuos suscitando, cœcos illuminando, & omnem languorem pellendo in nomine C H R I S T I, & sustinuerunt crucifixi, gladio q̄; necari, ac diuersis passionib. deduci ad mortem, pro testimonio ueritatis. Vos autem si estis, sicut dicitis, apostoli C H R I S T I, quare tanto tempore latuistis? Si uos estis ecclesia dei, ut dicitis, quare usque ad hæc tempora semper in abscondito ambulastis? Dominus dicit in euangelio de ecclesia sua: Non potest ciuitas abscondi supra montem posita, neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed supra candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt. Mons ipse C H R I S T U S est: ciuitas supra montem posita, ecclesia est, cuius fundamentum est Christus. De ea dicit dominus, quod non potest abscondi. Vos autem semper absconditi fuistis, & doctrinam uestram occultastis, & ita lucernam uestram sub modio timoris positam habetis, nec unquam eam alicui manifestatis, de quo timetis, quod uos faciat manifestos. Nam ab ipsis quoque, qui uenient ad uos, fidem uestram, ex qua saluandos uos esse speratis, & occulta opera uestra longo tempore, ut dicunt, quindecim annis occultatis, do-

Mat. 5

nec

## SERMO I.

nec diu uos probaueritis, ita ut sperare possitis,  
 de eis quod non prodant uos. Non hoc san-  
 cti apostoli fecerunt, & successores eorum, qui  
 nobis sunt noti. Non absconderunt lucernam sub  
 modio, quia nec causa timoris, nec causa commo-  
 di temporalis lucem euangelicæ ueritatis, quam  
 à C H R I S T O acceperant, celauerunt, sed super  
 candelabrum, id est, super ecclesiam, ita manife-  
 ste eam constituerunt, ut luceret omnibus, qui in  
 domo, id est, in mūdo erant. Omnibus etenim tam  
 bonis, quam malis, electis & reprobis innotescere  
 uoluit dominus, qualis esset fides, & religio Chri-  
 stianorum, ut nemo per ignorantiam posset se ex-  
 cusare. Forsan ad uerbum illud confugitis,  
 quod dominus ad discipulos suos locutus est di-  
 cens. Nolite sanctum dare canibus, neque mitta- Mat. 7.  
 tis margaritas ante porcos. Rustici uiles nolite as-  
 sumere uerba hæc in defensionem uestram, quia  
 non recte discernitis ea. Omnibus hominibus ma-  
 nifeste dicenda sunt uerba salutis, sine quorum a-  
 gnitione saluari nemo potest, nec aliquis ita canis  
 aut porcus iudicandus est, ut occultari debeant  
 ab eo. Nam ut ait Apostolus: Deus omnes ho-  
 mines uult saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis  
 uenire. Quod si quis audit a & agnita ueritate per-  
 tinaciter & incorrigibiliter ei contradicit, & niti-  
 tur commaculare ueritatem foeda detractione &  
 irrisione, debet iusta ratione à talis suspēdi prædica-  
 tio ueritatis, qd est subtrahi sanctū, & magaritas à  
 porcis & canibus. Tales esse persenserant sancti  
 apostoli

1, Tim. a

## ADVERSUS CATHAROS

A&C. 13.

apostoli Iudæos, in quibus satis laborauerant uerbo prædicationis, cū nouissime eis dicebant: Qm̄ repulisti à uobis uerbum dei, & indignos uos iudicasti æternę uitę, ecce conuertimur ad gentes. Conuersti sunt ad gentes, & eis manifeste prædicta uerunt doctrinā salutis, quos sciebant esse idololatrias, & pollutos omni genere immundiciarū, & uos ita canes & porcos uos iudicatis, ut nunq̄ manifeste inter uos prediceris doctrinā uestram, sine qua nemine saluari posse arbitramini, cū dominus dicat: Qui me confessus fuerit corā hoībus, confitebor & ego eū corā patre meo, q̄ in cœlis est. Si forte acciderit, ut aliquis uestrū pro errore suo deprehēsus fuerit, & deductus ante iudices ecclesiæ, aut omnino negatis fidē uestrā, aut tunc primū aliq̄s errores ueros cōfitemini, cū de uita ampli⁹ nō speratis: sed illa confessio nō est ad gloriā uobis, & est quasi cōfessio furis, q̄ cū de uita sua desperat, latrocinia sua impudenter confiteret sub laqueo, & sunt interemptions, quas aliquando à populo zelate pro lege dei sui aliqui uestrū patiunt, nō quasi passiones apostolor̄, sed quasi iudicia furum & latronū. Vos quippe estis, de quibus dominus in euāg.

Iohan. 10

dicit: Oēs quotq̄t uenerunt fures sunt & latrones. Nō enim nisi furtive, & quasi per latrociniū acquiritis in partē uestram animas miserorū, q̄s trahitis post uos, & omne negotiū uestrū est, perambulās in tenebris, quoniam sicut ait saluator: Omnis qui male agit, odit lucem, & non uenit ad lucē, ut non arguant opera ei⁹. O quales apostoli, o quales euā gelist̄, quoniam bene impletis illud, qđ mādauit dominus prædicatoribus uerbi sui per prophetā, dices

Iohan. 3.

dicens: Super montē excelsū ascende tu qui euā  
gelizas Sion , exalta uocem tuā, qui euangelizas  
Hierusalē, exalta, noli timere. Nō hoc certe imple-  
tis , sed illud mandatum Priscilliani obseruatis: iu-  
ra, periura, secretum prodere noli. Dicitis mō, non-  
dum uenit tempus nostrum ut manifestari debea-  
mus, sed iam nunc incipimus palam loqui mūdo,  
& erit adhuc tempus quando deus ecclesiam suā,  
id ē, nos exalteat , & impleatur in nobis illud quod  
dominus dicit de ecclesia sua: Non potest abscondi  
ciuitas supra montem posita. Sed dicate mihi, Si  
semper supra montem, id est Christum posita fuit  
ciuitas ista, hoc est societas uestra, quomō potuit  
fieri, ut tāto tempore esset abscondita? Iam cīm à tē-  
pore dominicæ ascensionis transferunt mille & cē-  
tum anni, & amplius, & nunq̄ sublimata est religio  
uestra, aut si sublimata est , dicite si scitis, in q̄bus  
temporibus, & sub quibus regibus terræ factū est  
hoc, ut ubiq̄ in mundo audiretur prædicari fides  
Catharor̄. Quando factum est hoc, ut oēs princi-  
pes & domini terra, qui nō essent uel pagani uel  
Iudei, essent Cathari & gubernarent subditos suos  
secundū legem Catharorum? Certe si hic nobis de-  
monstrare possetis, cederemus uobis, q̄ aliquādo  
ciuitas uestra posita fuisset in manifesto, sed hoc  
gratia dei nunq̄ factū est.

Esa. 40.

Mat. 5.

De incremento & manifestatione ca-  
tholicæ fidei. Sermo III.

**A**udite nūc de fide, gratia, quā profitemur,  
& quā in manifesto prædicamus, quomō  
puenerit in nos, & quomodo ecclesia dei,  
cuīus nos per ip̄sus gratiā membra sumus, exalta-  
ta est

B. ta est

## ADVERVS CATHAROS.

ta est, & posita est in manifesto. Fidem beati Petri apostoli quā ipse habuit & p̄dicauit, suscepit post ascensionem domini ciuitas magna Antiochia, & ipse erat in ea docens annis septē non occulē, non in subterraneis domibus, sed episcopus erat totius ciuitatis, & ipsius causa regalis aula, quæ erat in ciuitate per deuotionē populi cōmutata est in ecclesiā, in qua cōmuniter populum docuit, & missas celebravit, & ordinabat ea quæ ad Christianā religionem pertinebant. Ibi primū eis, qui fidē Christi suscepérūt, impositū est nomē hoc, ut uocarentur Christiani. Cum aut̄ ibi firmasset fidē Christianā, & legē diuinā, beatus Petrus ordinauit in suo loco episcopum ciuitati, beatū Euodium, cuius & successor fuit Ignatius clarissimus martyr, discipulus sancti Iohannis euangelistæ, & ipse inde profectus est Romā, item in ea fidē Christianam docuit, ac maximā partem ciuitatis ad Christū conuertit, & per XXV. annos ecclesiā Christi ibi gubernauit. Ibi manifeste confessus est corā Nerone Imperatore fidem Christi, & uxorem eius Libyam, & uxorem Agrippæ præfecti Agrippinā, ad fidē conuertit, & ob eiusdem fidei prædicationē, Nero eum crucifi. gi præcepit, & Paulū simul cū ipso ibidem prædicantem, gladio necari iussit. Ex illo igit̄ tempore semper fides Christiana crevit in urbe Roma, nec unq̄ defecit in Romana ecclesia fides quā habuerat & quā prædicauerat Petrus, sicut & ei promisebat dominus, quādo imminēte passione sua dixit ad eū: Ego rogaui prote, ut non deficiat fides tua hoc est, fides ecclesiæ quā tibi commisi. Beatus autem Petrus cum sciret adpropinquare sibi passio-

nem

## S E R M O III.

nem suam, sanctum Clementem, quem ad fidem  
 conuerterat & baptizauerat, ordinauit in episco-  
 sum, eiusque gubernationi sedē suā & ecclesiā, quā  
 ipse rexerat, commisit: Et ita successor beati Petri  
 factus est in sede illa, & ad ultimū ipse quoque pro  
 testimonio fidei Christianæ martyriū passus est.  
 Nam quod Linus & Cletus successores Petri fuisse le-  
 guntur, ita intelligendum est, quod adhuc ipso uiuen-  
 te, coadiutores eius extiterunt in gubernando po-  
 pulū dei Romæ, & ad hoc ab ipso erant in episco-  
 pos ordinati, ut scribit quidam apostolicorū patrū  
 episcopis Germaniæ & Galliæ. Qualem autem fi-  
 dem à beato Petro Clemens susceperebat, talem &  
 successores eius habuerunt, & predicauerunt in Ro-  
 mana urbe, & eam prædicari fecerunt in alijs terris  
 per eos quos ad prædicandū miserūt, & paulatim  
 quidē creuit ecclesia in ea fide, & magis ac magis  
 de die in diem promouebatur, quia multi reges &  
 principes grauibus eā persecutionibus opprimere  
 niterentur usque ad tempus beati Sylvestri pape, sub  
 quo pax magna, & libertas data est ecclesiæ, &  
 exaltari coepit, & ad summos honores promoueri  
 fides & religio Christiana. Ipse etem sicut antiqua  
 nobis scripta cōmemorat, prædicatione verbi dei,  
 & magnorum ostensione miraculorum Constan-  
 tinū Imperatorem filium Helenę reginæ (quæ cru-  
 cem dominicam inuinit) cōuertit ad fidem, ita ut  
 Imperator de regali solio suo descendens in eo collo-  
 caret beatū Sylvestrū, & ad pedes eius se humilia-  
 ret. Ipse quoque in eius suocu cōsedere eū fecit, & ad mo-  
 dū serui ei ministravit pedestre incedens ante eū, &  
 freno eum deducens, & cōsignans ei dominii ur-

Linus  
Cletus

Clemēs

Sylvestr.

Cōstan-  
tinus

## ADVERSVS CATHAROS

bis. In super regale palatiū illic ei cōstruxit, & oēm  
regium honorē & potestatē quā habebat Romæ,  
& in partibus occidentis, ipsi ac successoribus eius  
cōcessit, & totius senatus honorē clero, qui cū ipso  
erat tradidit, & ipse cū senatorib. oib<sup>9</sup> de urbe egre  
diens, Byzantiū transmigravit, & urbē noīs sui Cō  
stantinopolim ædificauit: solū autem nomen impera  
toris sibi ac successorib<sup>9</sup> suis retinuit. In hunc mo  
dū creuit, & confortata est, & usq<sup>9</sup> ad summos ho  
notes permota est in Romana urbe, & sub Roma  
na potestate ecclesia dei & fides quā B. Petrus do  
cuit, & quā successores eius ab eo tenuerunt, & us  
q<sup>9</sup> ad ista tpa perdixerūt. Simili mō & p. alios apo  
stolos in alijs regnis p. totū mundū fides Christi di  
latata & sublimata est. Ad has autem cisalpinas par  
tes hoc ordie peruenit: B. Petrus dū ecclesiā dei Ro  
mæ gubernaret, misit tres ex discipulis suis uideli  
cet Euchariū, Valeriū, & Maternū prædicare Theu  
tonicæ genti euangeliū Christi. Qui ueniētes in ci  
uitatē Treuerim, prædicauerunt in ea, & cū dei ad  
iutorio conuerterūt eā ad fidē Christi, & baptiza  
uerunt oēm populū in fluīe ciuitatis, qđ dicit Ole  
uia. Primus eorū episcopus urbis erat Eucharius,  
quo defuncto Valerius ei in episcopatū successit,  
quo etiā defuncto Maternus, qui de morte per ba  
culū Petri suscitatus fuerat, epūs fact<sup>9</sup> est, nō solū  
in Treuiri, sed & in Colonia, quæ antiquitus Agrip  
pina uocabat, simulq<sup>9</sup> in ciuitate Tungerensi, quæ  
Hunorū persecutione deleta est. Ipsa est ergo fides  
B. Petri, quā hi sanctis p̄dicauerunt ecclesijs, quas  
ipsi gubernauerunt, ipsorumq<sup>9</sup> successores tenuer  
unt & prædicauerunt usq<sup>9</sup> in hodiernū dī. Tandē  
quodg

## SERMO III.

quoq; fidē p̄dicauit in ciuitate Moguntia Crescēs  
discipulus Pauli apostoli. Beatus quoq; Bonifacius  
uir eximiæ sanctitatis, qui primus in ea archiepi-  
scopus fuit, & martyrium pro Christo suscepit, &  
successores ei⁹ usq; in hodiernū diē hāc fidē tenue-  
rūt & docuerūt i ecclēsia Mogūtinēs, & ipsa in oib⁹  
ecclesīs ei⁹ subditis usq; nūc tenet & p̄dica. Ecce  
si⁹ Metēsis primus ep̄tūs fuit S. Patiēs, discipulus S.  
Iohānis euāgelistę, & ipse i ea fidē noltrā docuit &  
firmavit, & permanet in ea usq; in p̄sentē diē. S. Cle-  
mens successor ap̄lī Petri b. Dionysiu⁹ uir⁹ clarissi-  
m⁹ sc̄titatis, q; p̄diciatiōe ap̄lī Pauli Athenis con-  
uersus fuerat, in Galliā misit p̄dicare ybū dei, &  
cū eo tres illustres viros, Marcellū, & Saturninū, &  
Lucianū, qui cū ad portū Arelati peruenissent, be-  
atus Dionysius S. Marcellū in Hispaniā direxit, san-  
ctū Saturninū in Aquitaniam, S. uero Lucianū ad  
Beluacensem ciuitatē, quoq; singuli regiones & ci-  
uitates sibi destinatas repleuerunt doctrinis fidei,  
quæ usq; in præsens tēpus ibidem tenet & p̄dica-  
tur. Ipse uero S. Diony sius cū duob⁹ socijs, Rustico  
& Eleutherio Parisijs adiit, ibi q; fidē quā per bea-  
tum Paulū didicerat p̄dicauit, & per totam Frā-  
ciām dispersit, & pro eadē fide martyriū pertulit, si-  
mul q; socij eius, Rustic⁹ & Eleutherius cū eo. Mar-  
tyrium uero ipsius singulari & inauditō miraculo  
deus honorauit, in eo quod post de collationem sa-  
mi ipse propt̄is manibus caput suū à loco marty-  
ri⁹ per spatiū miliarij usq; ad locū in quo huma-  
rū est corpus eius, deportauit. Testimonium hoc  
grande erat perfectissimæ sanctitatis eius & rectę  
fidei, ac sanctæ religionis, quam ibi docuerat atq;

## ADVERSUS CATHAROS

Hilarius fundauerat. Ipsam fidē quā b. Dionysius in Gallia reliquit, sanctus Hilarius Pictaviensis episcopus egregius doctor, & nobilissima lucerna ecclesiæ dei, tenuit & docuit uerbis & scriptis & exēplis. Ipsam fidem tenuit & docuit, & oībus modis promouit.

Martin⁹ B. Martinus Turonensis epūs, cui' sanctitas per oēs fines mundi usq; in præsentē diē clarissime splēdet, & in summa ueneratione habet. Cuius fidei & doctrinæ testimonii perhibuit diuina uirtus, in triū mortuorū suscitate, aliorūq; ualde mirabilium oper̄ exhibitione. Eandē quoq; fidē B. Remigius Remensis ciuitatis archiepiscopus tenuit & docuit, & insignib, miraculis cōfirmauit. Hic Clodoueum inclycū regem Frāciæ, & cū eo copiosam multitudinem gentis Francor̄ conuertit ad fidē Christi, & baptizauit in Remensi ciuitate, misso ei christi mate de cœlo. Ex illo ergo tēpore reges Francor̄, & principes Galliæ cōperūt esse Christiani, & coepit cōmunicer per totā Franciā publice coli religio Christiana, & per oēs ciuitates in ueneratione haberi fides Christiana, eadēq; usq; in præsentē diē in tota Gallicana ecclesia prædicat. De gñe Clodouei processit Carolus Magnus, qui inter Francor̄ reges summus atq; glorioſiſimus erat. Hic in eadem fide baptizatus est, quā à b. Remigio rex Clodoueus acceperat, & quā cæteri reges tenuerunt, q; à Clodoueo processerūt. Hic à beato Leone papa Romā uocatus est, & consecratus in imperatore, & factus est aduocatus Romanæ ecclesiæ, & fidelissimus defensor totius Christiani populi, & uehemē ter per eū aucta religio Christiana, & dilatata est atq; cōfortata, & per ipsius diligentia fides R.o. ecclesiæ

## SERMO III.

eccl<sup>iae</sup> per multas terras, quæ ignorabant dñm, di-  
 spersa est. Ipsam fidē quā p̄fessus ē Carolus impe-  
 rator Romanus, tenuerunt & confessi sunt oēs im-  
 peratores, siue reges Romani, & oēs reges Franco-  
 rū, q̄ fuerūt post eū, & p̄cipes eorū usq; in presens  
 tēpus Frederici imperatoris Ro. & Lodouici regis  
 Francorū. Ipsam ergo fidē, quā primo b. Petrus Ro-  
 mæ plantauit, & quā tenuerūt successores eius in  
 Ro. urbe, & quā docuerūt in oībus terris sancti ep̄i,  
 alijq; sancti patres q̄ obedientes erāt Ro. ecclesie,  
 & quā ab illis acceperunt imperatores, & reges &  
 p̄cipes terrarū, cū populis sibi subiectis, tenemus  
 atq; confitemur, nos uidelicet clerici, & monachi,  
 & laici, qui in ecclesia Christi baptizati sumus, &  
 in ecclesijs deo sacratis conuenimus ad orandum  
 & laudandū deū, & ad cōicandum corpori & san-  
 guini dñi nostri Iesu Christi cū fide non ficta, & spe  
 salutis aīar<sup>um</sup> nostrar<sup>um</sup>. In eo aut certi sumus nos ha-  
 bere eandē fidē, quā habuerūt s. patres ante nos, q̄  
 niam eadē euāgelia Christi, eadē scripture ap̄lica,  
 quā & illi habuerunt, & publice in ecclesia docue-  
 runt, habemus & nos & credimus eis. Ipsiq; quoq;  
 sancta scripta habemus, in qbus de clarauerūt qua-  
 lis esset fides eorū, & qualē intellectū haberent in li-  
 bris veteris legis & prophetarū, & in euangelij &  
 in apostolicis scriptis, & in eadē intelligentia sequi-  
 mur eos. Manifestū est itaq; ex his quæ dicta sunt,  
 qm̄ fidei nostre fundamentū est doctrina Petri, qui  
 fuit Christi, qui fuit dei, imo & deus. Vestri aut er-  
 toris fundamentū doctrina Manichæi, qui nō fuit  
 dei, sed diaboli, non Christi, sed Antichristi: & hoc  
 scire potest quisq; sensatus, obedientiū esse nostrar<sup>um</sup>

## ADVERSUS CATHAROS

catholicæ fidei, potius q[uo]d abscōditæ infidelitati, q[uo]d cū suo fundamēto à cūctis q[uo]d amāt ueritatē, maledicat, & sub æterna clausura damnetur.

De eo quod scriptum est: Fides sine opere  
ribus mortua est. Sermo IIII.

Iaco. 2 a. Reg. 6 **F**ortassis o sancti Cathari, qui peccare nō potestis, improperatis nobis peccata nostra, & dicitis sicut legimus: Fides sine opibus mortua est. Vos autem opera ad fidem pertinētia nō habetis, Et idcirco fides uestra mortua est, & qm̄ fides uestra mortua est, nulla est. Et idcirco sacramēta uera nullū effectū habent, & non potestis baptizare, & corpus dñi cōsecerare, nec aliqd huiusmodi in ecclesia facere, quod uobis aut alijs proficit. Hæc est obiectio uestra aduersum nos. Ite primū & interrogantes discite, qua de causa deus interfecit Ozam, qui extendit manū suam, ut sustētaret arcā dei, quando nutabat ita ut casura putaretur, in tempore illo, quo ea reducē volebat David de Bethsames in Hierusalē. Et cū hæc dicieritis, struite reprehensiones uestras aduersum ecclesiā dei. Non oportebat nos respondere uobis aduersus ea, quæ nobis obijcitis de fide nostra, qm̄ extra fidem catholicā estis, sicut dño uolente cōprobabimus. Non oportet nos respondere uobis de opibus nostris malis quæ obijcitis nobis, quoniam peiora & sceleratiora sunt opera uestra, sed alijs erit locus dicēdi de eis. Respondebimus tamen uobis hoc loco, ne propter ignorantiam dimittere uideamur: fatemur quidē, q[uo]d peccatores sumus, quoniam ut ait Iacobus apostolus: In multis delinqmus oēs. Verū tamē ē differētia inter delinquētes. Multi qdē in minoribus peccatis ueni aliter

## S E R M O N I I I

aliter q̄tidie delinquent, & quotidiana satisfactio  
ne dñm placant, & agunt opa laudabilia, quæ p̄t  
nēt ad fidem, quā profitemur. De talibus ut spero  
non potestis aliquid rationabili causa dicere, q̄ si  
des eoꝝ mortua sit, & q̄ sacramēta talium presby-  
terorū inania sint, & tales per gratiā dei, nec sunt in  
ecclesia, nec unquā à principio in ea esse desierunt.  
Sunt uero quod ingemiscimus nōnulli, qui in ma-  
ioribus peccatis, quę capitalia vocātur delinquunt,  
& super his non condigna poenitentia satisfacit  
deo. De talibus fatemur, q̄ fides quā habent, mor-  
tua est, quia sine operibus iustificationis est apud  
ipsos. Mortua inq̄ est, nō ita q̄ id quod credunt an-  
nihilatū sit propter ipsos, aut nullius utilitatis sit  
sed ipſis fides eoꝝ mortua est, & eis nō prodest ad  
salutē, nisi resipiscant ab opibus malis quæ in ipſis  
mortificat fidem. Quod aut̄ dicitis de presbyteris  
nostris, qui tam male conuersationis sunt, ut fides  
eoꝝ mortua dici possit, q̄ sacramenta eoꝝ nullius  
utilitatis sunt, huic omnino cōtradicimus, q̄ pla-  
ne falso est: Fides eoꝝ, dicitis, mortua est, & ideo  
nec ipſis prodeste potest, nec alijs, falso est hoc,  
quia alijs prodest: Fides quā ipſi manifeste p̄fitet,  
p̄ ipſorū ministeriū alijs prodeste pōt, & effectū bo-  
nū in alijs habere pōt, quāuis nō in ipſis: p̄ similitu-  
dinē hēc uobis demōstro: Contingit aliquoties, q̄  
medicus sapiens in infirmitatē grauissimā cadit, &  
habet sapiētiā, qua scit curare ſeipſum, habet medi-  
cinā q̄ ualeat cōtra morbus ſuū, sed ita eft delicatus,  
q̄ nō potest gustare de antidotis suis, & prebete ea  
alijs eandem infirmitatē habenti, & ille curat. Ipſe  
aut̄ in ſua infirmitate permanet usq; ad mortē. Ve-

## AD VERSVS CATHAROS

re de tali medico dicere possumus , q̄ ipsi mortua  
est sapiēta sua, alij aut̄ uiuit . Ita dico uobis de pre-  
sbyteris eccl̄e siꝝ, qui male uiuunt, credunt quidē,  
sed eis credere non p̄dest ad salutē, si permāserint  
in iniqtatibus suis . Nam & dæmones credunt, &  
contremiscunt, ut dicit scriptura: Credebant nimi-  
rū dæmones, qui ut ait euangelista, dicebant dño  
Iesu: Quid tibi & nobis fili dei uenisti ante tempus  
Mat. 8 torquere nos. Credunt inquā & fidē habēt presby-  
teri enormes , sed sicut dixi de sapientia ægri medi-  
ci, sibi ipsiſis mortua est eoꝝ fides, alijs aut̄ uiuit, dū  
in nomine Christi baptizant, & alia sacramēta exe-  
quuntur, secundū q̄ à sanctis patribus statutū est.  
Talis erat ille , de q̄ Lucas euāgelista refert dicens:  
Respondens aut̄ Iohānes dixit . Magister uidimus  
quēdā in noīe tuo ej̄cīētē dæmonia & prohibuim⁹  
eū, q̄a nō sequēt nos . Et ait ad illū Iesu: Nolite prohi-  
bere eū: Nemo est q̄ faciat uirtutē, in noīe meo, &  
possit cito male loq̄ de me: Qui em̄ nō ē aduersum  
uos, pro uobis ē. Certe q̄squis erat ille, mortuā qdē  
sibi p̄si fidē habebat, cū non sequeret Iesum, sed ali-  
is uiuebat fides eius , à quibus ej̄ciebat dæmonia  
in noīe Iesu. Quod qdēm nequaꝝ facere potuisset,  
si nullā omnino fidē, in noīe eius habuisset. Ita pro-  
culdubio etiā presbyteri mali dæmonia in nomi-  
ne Christi ej̄ciūt, qñ in nomine ipſius, idest , secun-  
dū hoc qđ ipſe instituit baptizāt, & prodeſt bapti-  
zatis fides, quā uerbis quidem, sed nō opib⁹, pro-  
ficiuntur. Sed alio loco latius de hac re differendum  
est, & nunc ad loquendū de uestra abscondita fide,  
& de angulosa doctrina uestra sermonē cōuertra.

Circa Primam hærefim de coniugio,

Sermo

## Sermo quintus.

**V**obis loquor doctoribus & præfectis, nō in sanctitate quidē, sed in errore, & peruerſitate. Animaduertite & uidete q̄ non hoīes, sed dæmones uos appellat. Apostol⁹ in eo testimo-nio qđ in principio sermonis induxi: In nouissimis ingt tēporibus discedēt qdā à fide, attendētes spiri-tibus erroris, & doctrinis dæmonior̄, loquentiū in hypocrisi mendaciū, prohibentiū nubere, & cetera. Vos estis dæmonia hęc, de qbus loquiſ, & qui uobis attēdūt, à fide recta discedūt: Nā doctrina uestra p̄hibet nubere, in eo q̄ dicitis, neminem posse saluari, q̄ cū cōiuge sua p̄maneat usq̄ in finē. O dæ-mones unde uobis ista doctrina? Ex euāgelijs Chri-sti nō est, ex scriptis apostolor̄ nō est, sed plane ex spiritibus erroris est. Intuemini euangeliu Matthæi apostoli, qđ per uniuersum orbē in ecclesiis legit, et si non creditis Græcis & Latinis codicibus, ite ad inimicos uestros Iudæos, & inspicite Hebraicā scripturā, in qua euangeliu Matthæi scriptū habet, & inuenietis in eo scriptū hoc mō: Accesserūt ad Ie-sum pharisæi tentantes eū, & dicētes. Si licet homi ni dimittere uxorē, quacunq; ex causa? Qui r̄ndens ait eis: Non legistis, q̄a qui fecit ab initio, masculū & foeminā fecit eos? Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori suæ, & erūt duo in carne una. Itaq; iam nō sunt duo, sed una ca-ro. Dicunt ei: Quid ergo Moyses mandauit dari libellum repudiij, & dimittere? Ait illis: Qm̄ Moyses ad duritiam cordis uestri permisit uobis dimittere uxores uestras. Ab initio autem non fuit sic. Certe si quid rectæ intelligētiq; habetis, hic animaduerte-

1. Tim. 4

Mat. 19

re po

## ADVERSVS CATHAROS

re potestis in hac responione, quod non approbat dominus, ut omnes viri ab uxoribus suis discedat, sicut uos docetis esse faciendum. Si non posset saluari quisquam cum coniuge sua manens, sufficeret ei breuis responsio, ita ut interrogantibus illis: Si licet homini dimittere uxorem suam quacunque ex causa: dixisset, Licet, & bonum est, & aliter saluari non possunt. At non hoc dixit, sed comprobauit potius diuina autoritate stabilius esse debere uinculum societatis, quod est per legem dei inter virum & coniugem suam, quam illud quod a natura est, inter virum & parentes suos. Vos autem ab inuicem separandos esse virum & mulierem dicitis, & aliter eos non posse saluari. Et ipse contra ait: Quod deus coniunxit, homo non separaret. Virum & mulierem coniunxit deus, qui secundum institutiones diuinorum legum coram ecclesia ineunt fœdus coniugale, & tales per hominem separandi non sunt. Fit quidem nonnunquam ut tales migrant pariter ad monasticam uitam, & separatas ab inuicem mansiones eligant, quatenus deo liberius seruire possint, sed talem separationem deus operatur, non homo, & quidem tales non omnino ab inuicem discedunt, nec rumpitur inter eos uinculum coiugale, quia in diuisa in eis manet unitas mentium. Nam quanto liberius diuine dilectioni uacat, tanto purius atque firmius se innicet diligere possunt. Nos uero huiusmodi separatione, nullis ut uos facitis coniugibus suademus ea ratione, & non possint saluari simul permanentes in seculo, & in uita coiugali. Vnam autem separationis causam, qua potest vir, si uult ab uxore discedere, & rumpere

Mat. 91

## SERMO V.

Rumpere vinculum coniugale, quo alligatus est, ei de terminauit dominus, quoniam post respositionem supra membra ratam, ita subiunxit dicens: Dico autem uobis, quia qui cum quis dimiserit uxori suae, nisi ob fornicationem, et aliam duxerit, moechatur. Vbi ergo adiunxit, nisi ob fornicationem, dedit intelligi, quoniam sola fornicationis causa diuortium fieri potest. Quod si non recte nos intellexisse uerba domini quae predicta sunt arbitramini, audite apostolum paulum, quoniam concordat nobiscum, in intelligentia eorumdem uerborum, ubi ad Corinthios loquitur dicens: His iam qui matrimonio iuncti sunt percipio, non ego, sed dominus, uxori a viro non discedere, quod si discesserit, manere innuptam, aut viro reconciliari. Et vir uxori non dimittat. Et subiungens autoritatem propria, ait: Nam ceteris ego dico, non dominus, Si quis frater uxori habet infidelem, et haec consentit habere cum eo, non dimittat illam. Et si qua mulier habet uirum infidalem, et hic consentit habitare cum illa, non dimittat uirum: Sanctificatus est enim uir infidelis per mulierem fidelem: Et sanctificata est mulier infidelis per virum fidelem, alioqui filii uestrorum immundi essent, nunc autem sancti sunt. Quod si infidelis discedit, discedat. In tempore primoru[m] ecclesie frequenter hoc accidit, ut vir esset fidelis, et mulier infidelis: Et econtra ut uir esset infidelis, et mulier fidelis. Et suadebat apostolus ut tales ab inuiditate non discederent, quod utique non fecisset, si sciret utrosque simul in tali coniugio pertineros. Multum ergo a doctrina sua doctrina uestra dissentit, que eos quae utriusque legibus divinis subditi sunt discedere ab inuiditate cogit, dum eos saluari non posse praedicatis si permaneant simul. Audite et petrum apostolum familiam ad coniugatos loquentem in epistola sua

Mat 5.

I. Cor. 7.

Ibid.

## ADVERSUS CATHAROS

Ephe. 5

1. Pet. 3

1. Cor. 7.

sua. Mulieres inquit, subditæ viris suis sint, ut si quod non  
credunt verbo, per mulierum conversationem sine ybo  
lucrificant, considerantes in timore dei castam conversationem uestram. Item subiungit: Viri similiter cohabitates  
secundum scientiam, quasi infirmiori uasculo muliebri im-  
pertinet honor, tanquam coheredibus. gratiae. Dicitis for-  
te: Possunt quidem aliqui modo saluari, viri et mulier si-  
mul manentes, sed non aliter nisi abstineant ab opere  
coniugali. Hypocritæ, quid est quod uos dicitis? Si scie-  
bat dominus saluator, & si sciebant sancti apostoli, ne  
quaquam posse saluari virum & mulierem, qui exequere-  
tur opus quod ad coniugium pertinet: nonne plena  
pudicitæ & fallaciarum erat uerba eorum, quibus tam diligenter  
suaserunt conjugatis, ut non separarentur ab inuicem?  
Absit autem hoc. Nota certe erat illis humana fragili-  
tas, & sciebatur non oculis uirios & mulieres tam ferreos  
esse, ut non possent cohabitare, simul & continen-  
tiæ obseruare. Unde non illos, sed uos in hac questione par-  
te fallaciarum pessimæ arguendos esse noueritis. Illud  
mihi forte obiugis ostendit Cathare, quod Aplius ait: Bonum est  
homini mulierem non tangere. Concedo quod bonum est  
homini mulierem non tangere: Non tamen idcirco necesse  
est me concedere, quoniam malum est et illicitum homini mulie-  
rem tangere. Nam similiter propter cauedas temptationes,  
bonum est homini mulierem non uidere: non quid ergo necessa-  
rium contendendum est, quoniam malum est homini mulierem  
uidere? Si concedis quod malum est, tangere mulierem, pro  
eo quod bonum est mulierem non tangere, concedo etiam quoniam  
malum est, mulierem uidere, pro eo quod bonum est mulierem non  
uidere. Et si concedis, quoniam malum est mulierem uide-  
re, erue oculos tuos, ut nunquam uideas mulierem.  
Hypocrita, licitum est homini tangere mulierem suam, quia  
licitum

licitū est, ut unusq[ue] habeat suā scđm yba eiusdē  
 apostoli. Et q[uod]a licitū est, malū nō est. Bonū aut̄ ma-  
 gis hoī est, & magis expeditē ad salutē, mulierem  
 oīno nō habere, nec tāgere. Ad illud itē fortasse cō-  
 fugies, qđ ibidē aplūs ait: Tēpus breue ē, reliquū ē,  
 ut q[uod] hñt uxores, tanq[uod] nō habētes sint. Ecce, inq[ui]s di-  
 cit, ut & si maneāt simul, abstineāt tñ ab ope cōiu-  
 gali. Et ego dico, q[uod] si hoc facere pñt, bonū ē illis, nō  
 tñ hoc q[uod] squā sensatus eis p̄cepit, sed suadet. Poteſt  
 tñ fieri ut vir cū uxore habitet, & opus coniugale  
 operi, ita ut sit q[uod] si nō habēs uxorē. Hoc fit si sobrie  
 & tēperantet cū illa est, & per oīa dei reuerentiā in  
 ipsa custodit. Qđ q[uod]liter fieri debeat, sensati hoīes  
 sciunt: Si aut̄ opus coniugale ad damnationē esſet  
 oībus coniugatis, nequađ Aplūs dixiſſet: Vxori vir  
 debitū reddat. Similiter aut̄ & uxor uiro. Mulier au-  
 tē sui corporis p̄tatem nō habet, sed vir. Similiter aut̄  
 & vir sui corporis p̄tatem nō haberet, sed mulier. No-  
 lite fraudare inuicē, niſi forte ex cōſensu ad tēpus,  
 ut uacet isoſoni: et iterū reuertimini in idipsum, ut  
 nō tētet uos satanas propter incontinentiā uāram.  
 Hoc aut̄ dico ſed m indulgentiā, nō ſed m imperiū.  
 Scio at qm & in hoc ybo heres qđ dicit: Hoc aut̄ di-  
 co ſed m indulgētiā. Dicis em si indulgētia. i. uenia  
 pertinet ad hoc qđ ſibi inuicē debitū reddat, ergo  
 opus coniugale malū est. Si em nō esſet malū, nō ei  
 uenia necessariae ēt. Si hoc dicas, iā in hoc ipſo aliqd  
 lucratus ſum, qđ ope coniugali uenia ab Aplō dati  
 cōſideris: Nā ſi uenia ei dat Aplūs, ueniale ē, & ſi ueni-  
 ale eſt, nō pro eo dānatur, oēs q[uod] in cōiugio p̄ma-  
 net, ſicut uos prædicatis. Distinctius tamē cōſide-  
 randū ē, quod dicit Aſtrolus: Hoc aut̄ dico ſed m  
 indulgen-

1. Cor. 7.

A D V E R S V S C A T H A R O S.

indulgentiam, non secundū imperiū. Et sciendū est qm̄ in tribus significationib. hoc nomen indulgentia ponit solet. Nā significat absolutionē, qua peccatoris debita poena relaxat, & scdm̄ hoc ueniē nomē ei adaptatur. Significat & concessionē, qua minora conceduntur bona his, q̄ exequi maiora nō possunt, & secundū hoc ad ea nō pertinet ueniat nomē. Significat & permissionē, qua minora mala fieri si nuncur, ut maiora fieri uidentur, & secundū hoc q̄q̄ uenia dici potest. De maioribus bonis est continēcia, quam quia oēs seruare non possunt, cōceditur quod minus bonū est, uidelicet coniugii. Conceditur inquā, non præcipitur, quia si præcipetur, trāsgressor habere fuit q̄cunq̄ in cōiugio nō esset. De maioribus malis, est homicidiū, qd ut evitaretur, permīssum est olim iudæis minus malū, uidelicet reditio talionis, & repudiatio mulier̄, ut ab homici dī se flagitio tēperare ut. Nunc & opus coniugale nobis distinguendū est, ut euidētius fiat ad qualē concubitū, qualis indulgentia pertineat. Coniugalis concubitus, qui sit simpliciter intentione generandæ ac deo educandæ prolis, per se peccatū non est, q̄a ut peccatū non sit, defendunt nuptialia bona, quæ sunt spes prolis, & fides, & sacramentū. Et est de minoribus bonis, quæ indulgentiam habet, quæ cōcessio dicitur. Quod autē possit fieri sine peccato, intelligi pōt ex eo qd Apostolus ait: Et si nupserit uirgo, nō peccat: Per se dixi, peccatū non est, q̄a accidere potest nōnunq̄, ut propter bonā illam intentionē aliquid peccati suboriatur excedēte rationabilē modū carnali delectatione, quæ tunc qdem peccatū est, sed leue, & excusat per prædicta bona

1. Cor. 7

bona coniugij. Quod si ob huiusmodi peccatum fu-  
 gendum euitari deberet officium coniugij, sicut  
 vos susurrare soletis: tunc ob eandem causam & offi-  
 ciū comedendi ac bibendi omnino uitari deberet,  
 in quo simile peccatum aliquando etiā sapientibus  
 surrepere solet. Ille vero coniugalis cōcubitus, qui  
 sit non cū intentione generandæ prolis, sed tñ cau-  
 sa explendæ libidinis, per se quidē peccatum est, sed  
 veniale, quia per cætera bona coniugij excusatur,  
 & habet indulgentiam, quę permisso dicitur, quo  
 nā permittit hoc malū, ut evite maius malum,  
 id est, fornicatio. De tali igitur concubitu intelliga  
 tur dictum illud a apostoli: Hoc aut̄ dico secundum 1. Cor.,  
 indulgentiam, nō secundū imperii. Scio unū ex su-  
 surris uestris, noui uerbū occultæ sapientiæ uestre,  
 quod est fundamentū hæresis uestræ, quā de cōju-  
 gio habetis. Innotuit aut̄ mihi per quosdā viros,  
 qui exierūt de societate uestra, & resipuerūt à uer-  
 bis mendacijs per uerbū dei, & per ministeriū seruī  
 eius: Dicitis em̄ quod fructus ille, de quo præcepit  
 deus primo homini in paradiſo, ne gustaret ex  
 eo, nihil aliud fuit nisi mulier, quam creauerat: De  
 ipsa dicitis, Adæ præcepit dñs, ut nō cōmiseret ei,  
 & cōmixtus est ei contra præceptū dñi, quod erat  
 gustare de uetito ligno. Ex hoc ergo probatis om̄e  
 genus humanū, quod de eis propagatū est, natū  
 esse ex fornicatione, & neminem saluari posse, nisi  
 purgatus fuerit per orationes & sanctificationes  
 eorum, qui inter uos perfecti uocantur. Hæc autē  
 causa est, pro qua soletis culpare cōiungiū, & dicitis  
 quod omnes qui in cōiungio sunt, & cōiungale opus  
 exercent, fornicantur, & rei sunt eiusdē inobedien-

## ADVERSUS CATHAROS

etiæ, per quam cecidit Adam: Et idcirco omnes damnatur, nisi discedant ab iniuicem, & uobis iungantur, & purgentur per uos. Hinc & hoc nomen sibi assumperunt primi magistri uestrí, ut se uo carēt Catharistas, id est purgatores, & Catharos, id est, mundos: et ecce iusto iudicio dei hoc ipsum nomē quod uobis assumpsistis ad gloriam uestram, uersum est in ignominiam uobis in populari sermone: et nunc domini mei purgatores et mundi, tanquam sepulchra dealbata pergo respondere ad occultam sapientiam uestram. Dicite mihi, ubi nam legistis, quod dominus ueterit primum hominē comedere de ligno scientiæ boni ac mali? Puto in libro Geneseos. Rustici redite ad eundem librum, aperite oculos uestrós, si legere scitis, inspicite reca-

**Gen. 2** pitulationē opis sexti diei, & legite quod dicit: Formauit igitur dominus hominē de limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculū uitæ, & factus est homo in animā uiuentē. Post hæc subiungit de eo quod factū fuerat ante formationē hois, & dicit: Platauerat autē dñs deus paradisum uoluptatis à principio, in quo posuit hoiem quem forauerat. Post hæc subiungit descriptionē paradisi, & qualē eum fecisset deus ostendit dicens: Produxitq; dñs deus de humo omne lignū pulchrū uisu, & ad uescendū suave: lignum etiā uitæ in medio paradisi, lignūq; scientiæ boni ac mali. Post hæc descriptis etiā c̄tuor fluminibus paradisi nouissime addit: Tulit ergo dominus deus hominem, & posuit eum in paradiſo uoluptatis, ut operaret̄ & custodiret illū, p̄cepitq; ei dicens: Ex omni ligno paradisi comedē, de ligno autē scientiæ boni & mali ne comedas. Non  
ne

## S E R M O N.

ne ecce ex his uerbis intelligitis , qm & antequam  
 creatus esset Adam, plantatus fuerat paradisus no-  
 luptatis cū omni ornatu suo, & duo ligna in ipso,  
 uidelicet lignum uitæ, & lignum scientiæ boni & ma-  
 li. Si ergo lignum scientiæ boni & mali creatum fue-  
 rāt, anteq; Adam deus formasset & in paradiſo col-  
 locasset, manifestum est, quoniam & antequam  
 Euam creasset deus, creatum fuit lignum scientiæ  
 boni & mali, quod deus prohibuit Adæ: & si illud  
 fuit ante creationem Euæ, consequens est, quod il-  
 lud non fuit Euæ. Illud etiam attendite, quo ordine  
 loquatur scriptura de ligni prohibitione, & de mu-  
 lieris formatione: Præcepit, inquit ei, id est Adæ di-  
 cens: Ex omniligno paradisi comedere, de ligno au- Gen. 2  
 tem scientiæ boni & mali ne comedas: In quaçūq;  
 autē die comederis ex eo , morte morieris . Et sub-  
 iungit: Dixit quoq; deus: Nō est bonum hominem  
 esse solum : faciamus ei adiutorium simile sibi. &  
 posthæc addit qualiter formauit illā de costa eius.  
 Ex hoc quoq; ordine locutionis datur nobis intelli-  
 gi, prohibitum fuisse Adæ lignum scientiæ boni &  
 mali, anteq; Euā deus formasset. Et quomodo tam  
 præcepis in mandato suo erat deus , ut non expe-  
 ctare potuerit, quo ad usq; mulierem formatā addu-  
 xisset ad Adam , & tunc ei interdixisset concubi-  
 tu eius? Dicite mihi, & si illud lignum, quod Adam cō-  
 tra preceptū dñi gustauit, nihil aliud fuit q; mulier,  
 quod lignum fuit quod mulier comedit & dedit ui-  
 ro? Dicitis forte, mulier comedit de ligno uetito, in  
 eo quod uirg concupiuīt: & uultis q; sicut uiro mu-  
 lierē prohibuerat, ita & mulieri deus prohibuerat  
 uirg: Sed adhuc interrogo uos. Quid fuit qd mulier

## ADVERSVS CATHAROS

prius ex parte comedit, & postea viro dedit comedendum, sicut dicit scriptura? Nō habetis ni fallor, quid respondeatis, nisi absurdā aliquā stultitiā respondere uelitis. Et nūc quandoquidē ex scriptura Genēeos firmastis aciem uestrā contra nos, respōdere etiā de ea nobis debetis. Dicite mihi: Quale adiutoriū uoluit deus exhiberi Adæ per mulierem quando dixit: Non est bonū hominē esse solū: faciamus ei adiutoriū simile sibi? Ad quam rem indigebat adiutorio eius? Nūquid indigebat, ut caput eius lavaret & pecceteret? Nunquid indigebat ut servili more alitnenta ei præpararet, & administraret? Nunquid ne cessē habebat, ut uestimenta ei procuraret, nendo, texendo, formando, consuendo, lavando, refaciendo? Nihil certe horū aut talū dicere potestis, si aliquid sanx̄ mentis habetis, quia nullū tale adminiculum homini in paradiso necessariū erat, ubi nullū patiebatur defectum: forsitan ut adiuaret eū laudare creatorē suū, fecit ei mulierē in adiutorium. Poterat certe Adam sine Eva satis alta uoce cantare laudes domino, ita ut nunq̄ fieret laus aut raus. Aut si nolebat deus, ut solus ille homo deum laudaret, sed alius aliquis cum eo, non oportebat ut porpter laudes ei decantandas fecisset mulierem, quia poterat alios viros sufficienter creasse, qui cum ipso deum laudarēt. Dicitis forte: Sciebat deus quōd Adam in peccatiū erat casurus, & corporales defectus passurus, & ideo mulierem fecit ei in adiutorium, ut post lapsū suum talia ei exhiberet adminicula, q̄ ialta nūc dicta sunt. Sed dico quōd in eisdem rebus potuisset ei homo sui sexus, si opus haberet, adiutorium ferre. Cur igitur

## S E R M O N . V.

tur fecit ei mulierem in adiutorium, & non alium virum, qui ministraret ei? Oportet nunc si uultis uideri sapientes & intellectores scripturæ sanctæ, ut aliquod tale officium nominetis, in quo indiguisset Adam adiutorio mulieris, & in quo eum adiuuante non posset aliis uir. Certe non inuenitis quid rationabiliter hic dicere possitis, nisi idipsum quod dicturus sum, mecum sentiatis. Volebat deus creare humanum genus ad laudem & gloriam nominis sui, sed nō ita ut angelicam fecerat creaturam: Omnes enim angelicos spiritus creauerat simul, ita ut nullus angelus ex alio nasceretur. Humanū vero genus ita creare disponebat, ut sibi iniucem succederent homines, & nascerentur alij ab alijs, quatinus causa consanguinitatis firmior inter eos esset connexio charitatis. Omnes autem unum caput, & unam originem habere uoluit primum hominem, ut uidelicet ab ipso omne genus humanū propagaretur, esset ēpe in hoc quædam similitudo cū deo, qui est caput & principium omnis creaturæ. Nō autem talem fecerat Adam, ut ab ipso solo posset generatio humana provenire, non enim ei dederat deus aptitudinē talem, ut posset parere, aut lactare. Fecit ita q̄ ei mulierem, ut ex ea haberet adiutoriū augēdi & multiplicādi genus humanū, ut uidelicet ipse generaret ex ea filios ut pater, ipsa ei pareret & lactaret filios, ut mater. Adhuc mihi dicite popule stulte & insipiens, si sicut docti estis, uiro prohibuit deus mulierem, & mulieri uir, quomodo fieri potuit illud q̄ dixit ad eos: Crescite & multiplicamini, & replete terram! Quid debuerunt aut potuerūt facere, ut cresceret & multiplica-

Geñ 9

C 3 tiplica

## ADVERSUS CATHAROS

tiplicarentur, si debebant omnino ab iniuicem abstinerere? Si uoluit deus, ut Adā filios ex Eua generaret, & sic per eos multiplicaretur genus eorum, & repletur terram, & iuxta hoc ei prohibuit tangere mulierem, cōtrarius erat sibi ipsi in sua uolūtate, & in praeceptis suis, & argui potuit insipientiæ, quod dīcere nefas est. Si ego agricolæ meo omnino interdicerem officium seminādi, & tamen ei dicerē, uide ut bene fructificet ager meus, & per te multas fruges habeam: nonne mihi ipsi contrarius essem, & insipientiæ argui possem? Utique possem. Item de Noē, qui tpe diluuij per arcam saluatus est, similia dicere possum. Si ita ut uos dicitis, deus abominatur coniugium, & opus coniugale, quare cum uellet saluare Noē & filios eius ne perirent in diluvio, simul cū ipsis saluavit & uxores eorum? Nā cū p̄cepisset Noē ut faceret arcā, dixit ad eum: Ingeredies arcam tu & filii tui & uxor tua, & uxores filiorum tuorum. Et rursum cū cōdidisset arcā dixit ei: Ingeredire tu & domus tua, te em̄ uidi iustū corā me in generatione ista. Ecce testimonij perhibet deus uiro habenti uxorē, & filios tres, quoniā iustus sit corā eo. Et qua audacia condemnatis omnes uiros habēres uxores? Et q̄re ut dixi seruauit pariter cū uiris etiā uxores eorum? Si molestū erat deo om̄e cōiugium, melius solos uiros saluasset, & oēs mulieres in aqua submersisset, aut solas mulieres seruasset, & oēs uiros p̄didisset. Etsi erat cōtra uolūtatem dei, ut uiri miscerent uxorib⁹ suis, q̄re hoc celauit à Noē quē diligebat, & à filiis ei⁹, cū eos eduxisset de arca? Quare si eos diligebat, nō dixit, peccauit in me Adā, in eo q̄ cōcubuit cū muliere quā interdixerā ei: Peccauit

Gene. 7.

eravit in me filius eius Seth, qd habuit uxorē & ge-  
 nuit filios & filias. Peccaverūt in me oēs, q post il-  
 los duxerunt uxores, & filios genuerūt, & ideo p-  
 didi eos. Vos autē nolite facere malū hoc, neq; mi-  
 sceamini uxorib⁹ uestris, ut similiter nō deleā uos?  
 Nihil autē tale dixit ad eos, sed ait: Crescite & mu-  
 ltiplicamni & replete terrā. Quod qualiter fieri pos-  
 set nescio, nisi cū uxorib⁹ suis miscerent̄. Aut si uo-  
 scitis, quō aliter possent crescere & multiplicari,  
 & replere terrā, dicite nobis. Item & hoc miror, q-  
 modo deus, sīta abominatur coniugii, ut dicitis,  
 potuerit se tā familiā exhibere sc̄tis patriarchis,  
 uidelicet Abrahā & Isaac & Iacob, ut ipse loquere-  
 tur cū eis, & mitteret ad eos sanctos angelos, & tā-  
 tacis promitteret in futur⁹ de propagatione gñis eo-  
 rū, qualiter illud uellet multiplicare & dilatare, &  
 benedictionib⁹ replere? Scimus ex scriptura, q pri-  
 mus illoī erat trigamus, secūdus monogam⁹, ter-  
 tius tetragamus, & tñ deus non hoc abominatus  
 est in eis, sed seruos suos dilectos eos frequētissime  
 appellauit, & propter merita eorū multas ac ma-  
 gnas benedictiones contulit generationi eorum,  
 & imitatoribus fidei sanctæ, quā haberent ad do-  
 minum.

¶ Veniam & ad illud quod missit̄ quidam ve-  
 strū, uidelicet sequaces Kartuuini, q illud cōiugiū  
 solum iustū est, in quo uirgines coniungunt̄, & qd  
 unā tantū prolē gignere debent, & postea statim  
 ab inuicem discedere, nec unquam deinceps ad cō-  
 iugalem thorū conuenire. Per oīa stultos & indis-  
 cretos uos esse uideo, tū quia error uester non sibi  
 ipsi cōcordat, tū quia id quod dicitis nec rōne nec

## ADVERSVS CATHAROS

aliqua autoritate sanctæ scripturæ potestis confirmare. Non sibi p̄si cōcordat error uere, quia si pri mo homini mulierē, ut dicitis, interdixit, & adhuc eadē interdictio manet: tunc nec coniugium uirginū, nec eorū qui post uiolatā uirginitatē coniuncti sunt, licitū aut iustū est. Itē ex eo uos stultos iudico, quia manifestis scripturæ sanctæ testimonijs

i. Cor. 7. contraitis, nam Paulus aplūs ait: Quæ sub uero est mulier, uiuente uiro alligata est legi: Si aut̄ mortuus fuerit uir eius, soluta est à lege uiri. Igitur uiuentे uiro uocabit adultera si fuerit cū alio uiro. Si aut̄ mortuus fuerit uir eius, libera est à lege uiri, ut iā nō sit adultera si fuerit cum alio uiro. Cui uult, inquit, nubat, tantum in domino: beatior aut̄ erit, si sic permanserit secundum consiliū meū. Item ait: Volo adolescentulas uiduas filios procreare, ma-

i. Tim. 5. treſ familiās esse. Quod de mulieribus ait, idē & de uiris intelligēdum est. Si ergo licitū est, ut Apostolus ait, ut mulieres uiduare uiris, iteſ alij nubant, & uiri uiduati uxoribus alias ducant: cōstat plane quoniam nō solū coniugia uirginū licita & iusta sunt, sed eorū quoq; qui ante coniugium suum uirgines non fuerūt. Scio aut̄ quoniam & in hac parte nobis contraitis, & obſcritis nobis quædam uer

Chryſo. ba Iohānis Chrysostomi, quæ in expositione Mat ſtem⁹. thæi ſcribit dicens: Secundā quidem uxorem accipere, secundū consiliū apostoli ē: ſcđm ueritatis rōnē, uere fornicatio est. Si ſcđm pmittentē deū publice & licenter cōmittitur, honesta fornicatio est: & ego uobis dico, ſi credendū est doctrine Iohānis Chrysostomi, certe credēdū est & doctrine sancti Auguſtini, & Hieronymi, & aliorū sanctorū pa- trum

## SERMO V.

trum, quorum uita sancta erat, & quore doctrina  
 cum sanctis euangelijs & scriptis apostolorū con-  
 cordabat, & in Romana ecclesia, ad quā religionis  
 Christianæ respectum habemus, autoritatem fir-  
 missimā habet. Audite qd & isti de secūdis nuptijs Augu-  
 dicant. Augustinus in libro de uiduitate scribit hoc stinus.  
 modo: Secundas nuptias omnino licitas concedit  
 Apostolus. De tertīis aut̄, & de quartis & de ultra  
 pluribus nuptijs, solent homines mouere questio-  
 nem. Sed q̄s audeat diffinire, quod nec Apostolū  
 audio diffinisse. Ait enim: Si dormierit uir eius, cuī  
 uult nubat, tantū in domino. Non dicit primus, nō  
 secūdus, uel terrius, uel quotuilibet, nec nobis dif-  
 finiendū est. Vnde, ut breuiter respondeā: nec ullas  
 nuptias debeodānare, nec eis uerecundiā numero  
 sitatis auferre. Idem & Hieronymus testatur dicēs: Hiero-  
 nymus.  
 Ego nunc libera uoce exclamo, nec damnari in ec-  
 clesia digamiam, imò nec trigamiam, & ita licere  
 quinto & sexto, quemadmodū secūdo marito nu-  
 bete. Sufficiant nunc testimonia istorū duorū, q̄ af-  
 firmant secundas nuptias licitas esse, quod certe  
 nequaq̄ facerēt, si scirent in eis esse turpitudinem  
 fornicationis. Et q̄a isti in uerbis quæ inducta sunt  
 concordant cum uerbis apostolicæ doctrinæ, ma-  
 gis quam illa Chrysostomi Græci doctoris, ista  
 quidē recipiuntur, illa uero nō approbantur, neq̄  
 recipiuntur in autoritate. Ipsi animaduertite: Nun-  
 quid uobis rōnabile uidetur, quod dicit secundum  
 coniugium esse fornicationem, & ipsum esse secū-  
 dum consilium Apostoli? Certe oēm fornicationē  
 dissuadet Ap̄lūs, & absterret hoīes ab ea, cū dicit: Hebr. 13.  
 Fornicatores & adulteros iudicabit dñs. Quomo-

## ADVERSUS CATHAROS

do ergo cōuenit, ut dicatur aliqua fornicatio esse secundū consiliū eius? Laudamus certe Chrysostomū illū & aureū os eius, sed non in his uerbis eū laudamus: aestimo tamē quod nō in uerbis illis hæresim sapiebat Iohānes, quā uos tenetis, ut uidelicet secunda coniugia oīno illicita esse iudicaret, quē admodū fornicationem. Sed ob hoc fortasse dicebat hoc qđ nobis obijcitis, qm̄ in secundis nuptijs disceditur à sacramēto unitatis, quæ debet esse inter deū & aīam hominis, cuius significatio in monogamia est, & forte ob hoc quoq; quod secunda cōiugia magis extra pudicitā sunt, quam prima. & nimis uehemēter hanc persuadere cupiebat eis, quibus prædicabat. Ad hoc ite, redéo, quod dicitis unā tantū prolem debere generare cōiuges qui uirgines conuenerūt. Vnde hoc habetis? Quæ uobis scriptura hoc determinauit? Nonne ex uerbis Apostoli, quæ nunc induxi patet, quoniā nō solos monogamos, sed etiā bigamos licet plures filios procreare? & debent ut dicitis statim abinuicē separari, postq; unā habuerit prolē. Interrogo quare? Si ut dicitis hoc coniugiū iustū est solū, quare soluendū est? Aut si solui necesse est, ut salutem consequi possint hoīes illi, quomō iustū est cōiugium eorū? Si ergo om̄e coniugiū ut dicitis, solui debet, qui sunt qui debent obseruare illud mandatū Apostoli: Alligatus es uxori, noli querere solutionē! O insensati Cathari, qs uos fascinavit nō credere ueritati tot testimoniorū diuini eloquij, ut destrueretur omnia legitima coniugia, quæ à principio mundi, usq; in hodiernū diem in honore fuerunt p̄ universum mundū, in om̄i gñe hoīm, & fidelium & infidelium? Puto q; ex amore castitatis hæc omnia

1.Cor.7.

## SERMO V.

dicitis. Puto q' ex amore castitatis hanc cōsuetudinē inter uos habetis, ut in conuenticulis uestris, sicut ab uno hæresiarcha uestro audiui, pariter dormiant duouiri in lecto uno: itē q' duæ mulieres in lecto uno, quatenus se uicissim custodiāt, & unusquisq' testimonia suæ castitatis ab alio habeat. Magnæ religioni deputabat consuetudinē hanc, q' narrabat hoc mihi, sed indubitāter à consilio maligni est religio hæc, & nō adeo frenatū est os meū pudore, ut loqui non possim ea quæ de uestra misera castitate dicunt ab eis qui experti sunt eā. Vos cōiugalē copulā reprobatis, quā instituit deus, & q' cum lege naturę cōcordat. Attendite uobis ne forte ob hanc temeritatē iusto dei iudicio traditi sitis in ignominiā, q' à lege naturę discordat. Hacten⁹ de cōiugio nos disputasse sufficiat, nūc aut̄ de ea sc̄titate uera colloq̄mūr, qua ab esu carniū abstinetis.

Contra secundā hæresim de esu carniū. Ser. VI.

**V**Obis loqr, quos sicut dixi, nō hoīes, sed dæmones Aplūs uocat, cū dicit: Attēdētes doctrinis demonior̄, loquentiū in hypocrisi mendaciū, prohibentiū nubere: & subaudiēt, docent abstinere à cibis, q's deus creauit ad p̄cipiendū cū grāz actiane fidelib. & his qui nouerūt ueritatem, q'a oīs creatura dei bona, & nihil reūciēdū, qđ cū grāz actiōe percipiēt. Sanctificat enim p̄ ybū dei orationē. Dicite mihi de quo ḡnē cibor̄ locut⁹ ē Aplūs hoc loco? Si ignoratis, dicā uobis. Carnes significauit, & de uobis locut⁹ est, q' in hypocrisi loquimini mendaciū, uidelicet nō esse licitū hoīb⁹ ut nubāt, & ut carnes manducēt: hoc in hypocrisi loquimini, q'a in hoc casti & sancti corā hoībus uultis

1 Tim. 4

## ADVERSUS CATHAROS

etis apparere, sed est mendax haec uera doctrina. Nam  
et nubere licet, sicut Apostolus in hoc ipso demon-  
strat, quod eos abominatur, et dæmones uocat, q  
haec prohibet. Et carnes edere licet eis, qui uotum  
non habent abstinenti ab eis. Ratio uestra est, qua-  
re edendæ non sint carnes, quia de coitu nascitur  
oīs caro, et ideo immunda est, et coinquinat man-  
ducantem. Mortor si dominus creator oīm rerū, qñ  
hoībus concessit ut ederent carnes, ignorabat haec  
uestrā sanctā rōnem, uidelicet immūdos fieri oēs q  
ederet carnes, pro eo qđ oīs caro ex concubitu na-  
sceret. Heu qđ nō habebat Catharæ unū qui ei hanc  
Gene. 9. sapientiā in aurē susurrasset, in illa hora qñ dedit  
prātem edendi carnes Noë et filijs eius dices: Cre-  
scite et multiplicamini, et terror uester ac tremor  
sit super cūcta aialia terræ, et sup oēs uolucres coe-  
li, cū uniuersis q̄ mouentur in terra. Oēs pisces ma-  
ris manui uestræ tradiū sunt, et om̄e qđ mouet et  
uiuit, erit uobis in cibū: qñ holera uirētia tradidi  
uobis oīa, excepto qđ carnē cū sanguine nō comedē-  
tis. Nōne ecce patet ex his ybis, qđ deus fecit ho-  
mini licitū māducare carnes? Et quafronc, qua au-  
dacia uos dicitis esse illicitū? Certe si sciebat oīm  
carnē ita pollutā, ut non posset q̄s q̄ ex ea gustare  
quin pollueret, nō satis fidelis erat de⁹, qñ cōcessit  
homini talē cibū, quē sine pollutione sua nō potu-  
it māducare. Si uero hec deus nesciebat, et uos sciti-  
s, puto uos sapiētores esse deo, et magnos amā-  
tores mūditię. Sed qđ falsum hoc sit, uos ipsi scitis, si  
aliqd scitis. Nūqđ et sapiētores et sanctiores estis  
sanctis patriarchis, qui licitū æstimabāt eū car-  
niū, et ipsi ex eis uescabantur. Sctūs patriarcha Abra-  
ham

## SERMO VI.

ham, qui dignus habitus est, ut familiariter loqueretur cū deo, legē suscepisse hospitio angelos dei, in forma triū viatorū, quib⁹ & prandīū fecit, & uitulū tenerimū & optimū, quem coxerat, eis apposuit ad māducandū. Qd utiq nō fecisset vir sc̄tūs & sapientissimus, si sciret in tali cibo immundiciā esse. Sed & filius eius Isaac pulmentū de uenatione, à filio suo Esau petiit, & eduliu de hœdis oblatū ab Iacob māducavit. Sacerdotes q̄q p̄p̄l Israēl, & oēs q̄ degnē sacerdotū erāt, carnes legaliū hostiarū in loco sc̄tō māducare à dñō iussi sunt. Q, si ita immūda esset oīs caro, ut uos arbitramini, nūq tot sacrificia de carnib⁹ aīaliū deus sibi super altare suū offerri p̄cepisset. Nunq in sancta lege sua de comeſtione eaꝝ sacerdotibus suis aliquid mādasset, neper eas sanctitatē eorū pollui permisisset. Ad hēc forsitan respondetis, qm̄ multa in tpe ueteris legis licita erāt, q̄ licita nō sunt in tpe hoc euāgelicæ legis, & maiorē mundiciē exigit deus à populo noui testamēti, q̄ à populo q̄ erat sub priore testamēto. Et idcirco istis uitandæ sunt carnes, q̄uis illi ab eis nō abstinerēt. Ego yō ad hoc dico, qm̄ si, ut dicitis aliqua naturalis immūditia est in carnib⁹ aīaliū, q̄ coinquinet māducātem, eadē & tūc erat, quia eiusdem creationis & cōditionis erāt tūc cuius sunt & nūc. Itē si licitus nō est usus carniū, ondite nobis alī qua mādataeuāgelice aut apostolicę scripture, aut aliqꝝ orthodoxorū patrū traditiōes, in qb⁹ gnāliter p̄ceptū sit ut abstineat ab eis, & credim⁹ uobis. Dñs saluator qn̄ ad p̄dicādū discip. suos misit, inter cetera dicebat hēc ad eos: in quācunq̄ domū intraveritis, primū dicite, pax huic domui: & si ibi fuerit

Gene.18

Gene.17

Matt.10.

filius

## ADVERSUS CATHAROS

filius pacis, requiescat sup illā pax uīa. In eadē aut  
domo manere edentes & bibentes, quæ apud illos  
sunt: Dignus est em̄ oparius mercede sua. Videtis  
q̄ nō exclusit à cibis eorū usum carniū, ita ut dice-  
ret: Quod si uobis apposuerint carnes nolite man-  
ducare. Quod utiq̄ dixisset, si esum carniū sanctita-  
ti eorū periculose fore existimasset. Dicite mihi:  
Si immūda est oīs caro, & coinqnat manducantē,  
quō uer̄ erit qd̄ saluator dixit: Non qd̄ intrat in os  
coinquiat hoīem, sed qd̄ procedit de ore coinquia-  
t hoīem. De corde inquit exēut cogitationes ma-  
le, homicidia, adulteria, fornicatiōes, furta, falsa te-  
stimonia, blasphemiae. Hæc sunt quæ coinqnāt ho-  
minē. Ego ô Cathari nō carnes uos coinqnāt, si mā-  
ducaueritis eas, sed mēdacia uestra, qbus creaturā  
dei bonā, dicitis esse immundā. Nō tamē hoc dico,  
q̄ si mihi sit curæ, ut unquā aliquid boni māducetis  
aut bibatis, qui populo dei tā puerse doctrinę mor-  
tifer̄ poculū ubiq̄ p̄pinatis. Audite nūc qd̄ Aplūs  
noster scribēs ad Corin. dicat. Omne qd̄ in macello  
1. Cor. 10 uenit, māducate, nihil interrogātes propter cōsciē-  
tiā. Dñi em̄ est terra & plenitudo eius: An nescitis qd̄  
in macello carnes uenūdari solēt? Si ergo om̄e qd̄  
in macello uenit, id est, uenūdat, manducari licet,  
tūc scdm Ap̄lī uerbū, & carnes māducari possunt à  
Christianis. Quod aut̄ adiunxit: Nihil interrogātes  
ppter cōsciētiā, ideo dixit, qd̄ in tēpore illo, etiā car-  
nes immolatæ idolis, uēdeban̄t in macello, & nole-  
bat Aplūs ut Christiani eas emētes interrogarent,  
utq̄ immolatæ fuissent idolis, an nō, ne forte alias  
Christian⁹ adhuc infirmus in fide, sciēs eos sciēter  
manducare idolothyta, putaret eos māducare ea  
sub

Mat. 15

## S E R M O VI.

subueneratiōe idoli, cui fuissent īmolata. Et sic ipse  
 q̄o inciperet idola uenerari. Simile est & illud, qđ  
 subiūgit: Si qs uocat uos infidelū ad cænā, & uul-  
 tis ire, omne qđ uobis apponit māducate, nihil in-  
 terrogantes propter cōscientiā. Si quis aut̄ dixerit,  
 hoc immolatiū est, nolite manducare propter il-  
 lū qui indicauit, & propter conscientiā. Conscien-  
 tiā aut̄ dico nō tuā, sed alterius, subaudis infirmi,  
 sicut prædictū est. Si ergo carnes illę, quæ fuerant  
 dæmonibus immolatę, non poterant cōta mina-  
 re manducantē illas, eum uidelicet cui non fuisset  
 indicatū de eis, qđ essent immolatię, multo min⁹  
 illę, quæ nūq̄ calibus sacrilegijs adhibitę sunt. Illud  
 forte obijcitis mihi, qđ Apostolus ad Rom. scribēs  
 ait: Bonū est homini non māducare carnē, & nō bi-  
 bere uinū. Et ego qđē id ipsum cōcedo, qm̄ hoc ho Ro.14  
 mini bonū ē. Quare bonū: qa q̄ abstinet ab esu car-  
 niū, & potu uini, lōgius est ab eo pctō, qđ cōtra hiē  
 per cōcupiscētiā gulę, q̄ qui utr̄ istis. Suavia enim  
 sunt hec ad gustandū, & facile prouocat cōcupiscē-  
 tiā gulę, ut supra q̄ oporteat delecter, in his qui gu-  
 stat ea, qđ quidē pctm̄ est. Itē idcirco bonū est, ut p̄  
 abstinentiā istor̄ corpus affligit, & p afflictionē cor-  
 poris major à dño merces acquirat. Et hę qđē sunt  
 causae qbus monachi, & fideles uiri pœnitētes ab il-  
 lis se abstinent. Attamen q̄uis cōcedat, qm̄ sicut ait  
 Apliū: Bonū est homini nō māducare carnē, & non  
 bibere uinū, nō ex hoc concedi oportebit, ut uobis  
 uidet, qm̄ malū est comedere carnes, & bibere ui-  
 nū: qa possibile est ita tēpate hoiem istis uti, ut nō  
 peccet. Nam & saluator babit de genimine uitis cū  
 discipulis suis, & tamen nunq̄ peccauit. Quod aut̄  
 non

## ADVERSUS CATHAROS

nō necessaria sit cōtentio ista: Bonū est homini nō manducare carnem, & non bibere uinū, ergo malū est homini manducare carnē, & bibere uinum, in simili sermone demonstrabo. Scimus qm̄ bonū est silentiū, & multū à spiritualibus uiris commendaç, quoniā qui sileat, longius est à peccato lingue.

Jac. 2  
q̄ qui loquitur. Nam qui non peccat in uerbo, hic perfectus est uīr. Si ergo bonū est silere, malū est loqui. Nunquid hoc necessario sequitur? Nequaç: Quoniā simul hęc uera sunt, uidelicet bonū est silere, & bonū est loqui. Itaq; non manducare carnem, & non bibere uinū, cū dicatur bonū quās iactum, non quās virtus. Nō oportet ut ob hoc dicatur malū esse, comedere carnes, & bibere uinum, quia in hoc cōtinuo intelligeretur, quod esset uitiū & peccatiū. Veruntamen nō multū est necessariū assume re nos hāc disputationem hoc loco, quia si recte animaduertimus tenorē scripturæ, unde sumpta sunt hęc uerba, patet, quia non simpliciter dictum est: Bonū est homini non manducare carnē, & non bibere uinū. Nam cū dixisset in præcedentibus loquens de escis: Omnia quidē munda sunt, sed malū est homini qui per offendiculū māducat, protinus addidit: Bonū est homini nō māducare carnē, & nō bibere uinū, continuoq; subiunxit: Necq; in quo frater tuus offendit, aut scandalizatur, aut infirmat: & est sensus: quādoquidē malū est homini aliquid manducare per offendiculū, ita ut aliū suo cibo scādalizet: Bonū est homini non māducare carnē, & non bibere uinū. Neq; subiunctis aliiquid tale, in quo frater tuus offendit, aut scandalizat. Est ergo gene ralis quādā cōprehensio quorūlibet ciborū in his

Ro. 14  
verbis

## S E R M O . VI.

uerbis, ut intelligi possit & de faba, & legumine id-  
ipsum. Nam si quis ista comedendo fratre suū scan-  
dalizaret, bonū esset illi non comedere ista. Suaui-  
dres aut̄ cibos nominatim expressit, à quibus diffi-  
cilius abstineſ, ut suaderet dimitti etiā cōcupisibili-  
les cibos, causa fraternæ charitatis. Id aut̄ in tēpore  
illo necessariū existimabat suaderi, quia erāt qui-  
dam ita perfectæ fidei, ut nullū cibū æstimaret im-  
mundū, sicut & Apostolus dicebat: Oia quidē mun-  
da sunt: & erant quidē adhuc ita infirmi in fide, ut  
æstimarent à quibusdā esse abstinēdū, veluti Iudei  
nouiter conuersi, qui abominabant̄ eos, qui porci-  
nā, uel idolothyta corā eis māducabant, & ex hoc  
scandalizabant̄. Propter huiusmodi ergo dicebat:  
Si propter cibū tuū frater tuus contristat̄, iam non  
se cūdū charitatē ambulas. Et de seipso dicebat: Q.  
si esca scandalizat fratre meū, nō manducabo car-  
nes in æternū, ne fratrem meū scandalizem. Itaq; si  
quid obiectionis in his uerbis Apostoli, quæ indu-  
cta sunt, habebatis, exinanit̄ est. Adhuc dicire mihi:  
Carnes non manducatis, quia ex coitu ueniunt.  
Et quare pisces manducatis, qui similiter ex coitu  
ueniūt? Nihil hic rationis habetis: Puto peccatū est  
coitus gressibilū, & uolatilū & non natale, & in  
peccatis cōcipiē & nascit̄ omne animal: & ideo sine  
pctō nō possunt māducari carnes eorū: falsum est  
hoc totū o Cathari falsum est, quia nullū unq; man-  
datū suscepérūt aut suscipe potuerūt de uitādo col-  
tu. Et ideo nihil magis rationabile ē qd dicitis, nō  
comedimus uaccā, qd de coitu nata est, qd si dicere  
tis, nō comedim⁹ uaccā, qd cornuta est: Nā esse de  
coitu natam, nihil magis pctm̄ est, qd esse cornutā.

R.O. 14

Ib idem  
I. Cor. 9

D Contra

ADVERSUS CATHAROS  
CONTRA TERTIAM HAERE-

sim, de creatione carnium.

**S**imiliter cumus autem quod princeps erroris uestris Manes taliter habebat uitandarum carni rationem, quod dicebat omnem carnem creatam esse a diabolo, et humani quodcumque corporis conditionem ei attribuebat. Animam vero a deo creatam affirmabat: Et sicut conceptum habeo, uos quodcumque in occultis uestris eandem rationem uitandas carni suos surratis. Sed hoc quodcumque mendacium medacissimum est, nisi, quod absit, metia fratrum scriptura ueritatis, que dicit: Dixit quodcumque deus: Producat terra animam uiuente in genere suo, iumenta et reptilia et bestias terrae iuxta species suas, et iumenta, et omne reptile terrae in genere suo. Et uidit deus quod esset bonum. Quod si non sufficit scriptura veteris testamenti ad cōprobandum uobis, quod omnem carnem fecerit deus, audite scripturam

**I**oan. i euangelicam, quod dicit: In principio erat uerbum, et uerbum erat apud deum, et deus erat uerbum, hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil. Si ergo omnia per uerbum dei facta sunt, ergo et omnis caro per ipsum facta est. O maniacite Manes cum insanis sequacibus tuis, ille uos adiuuet, sicut ipsum decet, quem deo adiutorem in creatione regis constituitis. Gens maledicta, quid indiguit deus adiutorio diaboli, ut non posset perficere conditionem uniuersitatis, nisi eum diabolus adiuuisse? An nescitis quoniam tam malitia est, ut si possit uno momento, omne quod ad laudem dei est in mundo destrueret, et ad nihilum redigeret potius quam crearet? Taceo nunc de corporibus irrationalibus, de corpore hominis loquor, qui specialiter est conditus ad seruendum deo uiuentem, et ad resistendum

Gene. i

Ioan. i

## SERMO VI.

dum per omnia diabolicæ voluntati. Certe sicre-  
asset corpus eius diabolus, nūquām tam honeste,  
tam ordinate aut commode membra eius dispo-  
suerit, sicut sunt. Quoniam si recte animaduertun-  
tur, secundum mirabilem sapientiam & benignita-  
tem cuncta ordinata sunt, sicut omnibus pater. Ce-  
tera animalia sic condita sunt, ut prono ad terram  
corpore, & uultu demissō incedant, solus uero ho-  
mo ita dispositus est in copore, ut incedat rectus,  
& aptum habeat uultum ad suspicēdos cœlos, ad  
quos & totam mētis intentionem dirigere debet.  
Et nunquid putatis, si disposita fuissent membra  
humana secundum arbitrium diaboli, qui intermis-  
nabile odium aduersum omnes nos gerit, & cun-  
ctis bonis n̄is inuidet, talē nobis honorē præcēte-  
ris animantibus præstitisset? Nequaq; imo nos ta-  
les maluisset condidisse, ut toto corpe serperemus  
per terrā, aut erectis sursum pedibus, & cōuerso in  
terrā capite manuum officio sicut fieri posset ince-  
deremus. Quomodo enim amet honorem & com-  
modum humani corporis sepius ostendit in illis,  
quos pro aliquibus delictis, deus ab illo flagellari  
permittit, sicut & in muliere illa, quam alligauit sa-  
tanæ xviii. annis, ita ut non posset sursum aspice-  
re, & in eo quem frequenter in ignem & in aquam  
misit, ut cum perderet, & in alijs q; pluribus. Patet  
ergo ex his quæ dicta sunt, quoniam si idcirco car-  
nibus abstinetis, quia nascuntur ex coitu, satui estis.  
Si uero idcirco, quod opificium sunt diaboli, sicut  
mentitus est princeps uester Manes, constat quo-  
niam insanii estis, cum illo. Et nunc ad alia transca-  
mūs,

## ADVERSUS CATHAROS.

### CONTRA QVARTAM HAERЕ

sim, de baptismo parvulorum Sermo VII.

**D**E baptismo parvulorum, dicitis quoniam inanis est, & quod nequam illis predest ad salutem, neque aliquibus qui non sunt eius discretionis ut possint credere, aut per seipsum gratia baptismi posse statuare. Confirmatis autem, ut recte error est istius auctoritate euangelici sermonis, quem locutus est dominus, quoniam ad baptizandum misit discipulos suos dicens: Bentes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filii & spiritus sancti: quod crediderit & baptizatus fuerit saluus erit, qui vero non crediderit, non credens. Hinc nullus fallor huiusmodi argumentationem sumitis, ut dicatis: Nemo credere potest nisi discretionem habeat boni & mali. Parvuli autem cum baptizantur, discretionem boni & mali non habent, ergo non credunt, non credent et ergo cum ante annos discretionis moriuntur. Si hoc dicitis scire debetis, quod non recte in verbis veritatis intellectum habetis. Quod enim dominus ait: Qui non crediderit non comprehendetur in sententia illa, qua comprehendantur non credentes. Sic autem pluribus in locis sancta scriptura loquitur, quasi universitate quandoam comprehendantur, ubi ramam universitas intelligenda non est, sed de universitate aliquid excipiendum est, ut patet in priore parte eiusdem sermonis, quem de euangelio induxi, ubi ait: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Ecce enim hoc videlicet dictum de omnibus qui credunt & baptizantur, & saluandi sint, sed non est ita: nam multi credunt

Mar. ul.

Ibidem

Ibidem

## S E R M O VII.

dunt & baptizātūt, nec rāmen saluabūtūr, qm̄ ad tēpus credūt & in tēpore tētationis à fide recedūt, uel per malā uitā fidē suā inutile reddūt. Propterea ergo, ut dixi, de uniuersitate credētūl, quē ibi uidet cōprehensa, aliquid excipiendū est, ita ut dicat hoc dictū esse non de oībus credentib⁹, sed de illis qui habent fidē, quæ per dilectionē operatur, & in ea perseverant, ita ut non refrigescat charitas eosq; in tentatione, & non recedant corda cora à deo. Si ergo prior particula illa sermonis, quæ cōmuniſ dicit̄a uidetur, stare non potest, nisi aliquid de uniuersitate excipiatur, nō debet uideri incongruū, si etiā posteriorē partē eius ita exponimus, ut eā nō universaliter intelligēdā esse dicamus. Tale est & illud q̄ lidē saluator in euāgelio de sacramēto corporis & sanguinis sui pronūtiauit dicens: Qui māducat meā carnē, & bibit sanguinē meū, habet uitā æternā. Hoc em̄ uidetur dictū de oībus, qui māducāt & bibunt corpus & sanguinē dñi. Sed non est intelligendūnisi de illis qui digne manducant & bibunt corpus & sanguinem domini: multi enim manducant & bibunt corpus & sanguinem domini indigne, & non ex hoc habent uitā æternam, sed ut dicit Apostolus, iudicū sibi manducant & bibūt, nō 1.Cor.ii. cōjudicantes corpus dñi. Ita q̄, ut dixi, illa sentētia, qua dictū est: Qui non crediderit, condēnabit̄, nō ad oēs non credentes pertinet, sed ad eos qui cū habent possibilitatē credēdi, non credūt: Excipiunt em̄ paruuli q̄ baptizanē, & neqdū credere possunt. Forte adhuc uobis uidetur, quia iniuria faciamus literæ euāngelicæ, quæ uidetur pertinere tantū ad eos qui possibilitatē habent credendi: Sed quæſo

D 2 respon

## ADVERSVS CATHAROS

respondete mihi de simili litera, quę in sc̄ptā scriptu  
ra inueniēt. Iacobus aplūs in epistola canonica scri-  
**Iac. 3** bit dices: Qui nō peccat in lingua hic perfectus est  
uir. Nūquid hoc pertinet ad oēs cōmuniter, qui non  
peccant in lingua? Certe si oēs qui peccatū linguæ  
nō cōmitunt, perfectæ sunt sanctitatis, oēs infan-  
tes, & oēs muti, sancti & perfecti iudicādi sunt, qđ  
falsum esse nulli dubiū est. Itaq; qđ dictū est, qui nō  
peccat in lingua, hic uir perfectus est, ita intelligi  
necessē est, ut dicat esse perfectus qui cū possit &  
sciat peccare in lingua, abstinet p̄ dei timorē ut nō  
peccet in ea. Tale est & illud qđ Aplūs ait: Qui non  
laborat, nō manducet. Nā universaliter pronūtiari  
nideſ de oībus non laborantibus, sed nō est ita: Nā  
ſi de illa ſententia nullus qui non laborat excipien-  
dus eſt, tunc neq; pueri, neq; ſenes, neq; infirmi mā-  
ducare debent, qui non laborant. Adeo ergo per-  
tinet uerbū hoc, qui cū possint laborare, non labo-  
rant, ſed otio uacāt. Simile eſt & illud: Qui uero ma-  
**Ioan. 5** le egerūt in reſurrectionē iudicij. Hoc qđ ḡnaliter  
dici uideatur de omnibus qui male agūt, ſed excipi-  
untur ab hac ſententia qui mala agūt & poſtea poe-  
nitent, & in bono pſeueraſt. Multa in ſcripturis ſc̄ptis  
ſimiliter dicta inueniūtur, ſed nō eſt necelle plura  
ad præſens negotiū exēpla induci. Et nūc ſi alia ha-  
betis deſenſionē erroris uetri, proferte eā, quoniā  
heę de qua nūc locuti ſumus nō proderit uobis. Po-  
pule ſtulte & insipiens, nunqđ tuō cognoscitis grā-  
tiax tēpus? An nescitis qm̄ ſcripture ſanctę uocāt tē-  
pus gr̄ę om̄e hoc tēpus, qđ à Christi nativitate uqđ  
ad fine ſeculi decurrat? Idcirco aut gr̄ę tēpus uocāt,  
quia in eo dilatata eſt misericordia domini ſup ge-

nus humanū, & apertus est finis dei ad suscipiēdas  
animas hoīm, magis q̄ in oībus seculis, quæ fuerūt  
ante Christi aduentū. At si ita est, ut prædicat impi-  
etas uestra, uidelicet q̄ oēs qui ante annos discreti-  
onis moriūtur, cōdemnantur, & nullū eis remedi-  
um cōstitutū est à deo, quo possint adiuuari ab ec-  
clesia dei, ut oporteat eos ex necessitate effluere in  
pditionē aeternā, durus certe & immisericors ē deo  
magis q̄ fuisset in tēporibus, q̄ aduentū Christi præ-  
cesserūt, & minus curās de hominū salute. A tēpore  
ēm Abrahæ usq; ad Christū, cōstitutū erat à deo in  
populo Iudaico, q̄ erat ex Abrahā, ut oīs iſās mascu-  
lus die octaua à nativitate sua circūcideref in carne  
sua ad generationē p̄tinēte, ut sic liberaretur à pec-  
cato originali, cū q̄ nascit̄ oīs homo, & pro q̄ dānat̄  
omnis aīa, que nō fuerit aliquo remedio ab eo pur-  
gata. Q; aut̄ pro aīare saluatione datū fuerit illud  
mādatū, apte cognosci pōt ex ȳbis dñi, q̄ ad Abra-  
hā locutus est, qn̄ ei circūcisiōis p̄ceptū dābat: di-  
cēs: Infans octo dier̄ circūcidet in iubis. Omne ma-  
sculinū in ḡnatiōibus uestris, tā ȳnaculus q̄ empti-  
tius circūcidet. Masculus cuius p̄putū caro circūci-  
ta nō fuerit, delebitur anima illius de populo suo.  
Ecce in hac comminatione euīdēter cognosci po-  
test, q̄ propter cōseruationē aīare eorū, ipsos iussit  
circūcidi. Et hoc animaduertite, q̄ non dixit expe-  
ctandū esse usq; dū peruenisset homo ad annos di-  
scretiōis, & tūc esse circūcidendū, cū p̄ seīsm postu-  
lare posset circūcisionē: sed die octauo iussit circū-  
cidi infantē, q̄ sciebat fragilitatē corporis humani,  
& q̄ leui infortunio cōtingere pōt, ut extiguat̄ hō,  
anteq; ad annos maturitatis pueniat. Q; ergo ita

Gen. 17

## ADVERVS CATHAROS.

Festinari uoluit circumcisionem, idcirco fecit, ut saluæ fierent animæ, & non inciderent in damnationem eternam per maculam originalis peccati, qd à primis parentibus cōtra ximus oēs. Potuit etiam nimis eadem circuncisio fieri ante diem octauū, si periculum mortis paruuī is imminentē uidebat. Sicut & nos pro eadem causa ante tempus nōnūq; paruulos baptizamus, cū tamen sit constitutū ab apostolicis patribus, ut uel in paſcha, uel in pentecosten baptizemus. Sicut autē paruuli masculini sexus ab originali culpa, per circucisso expiabant, ita & foemini sexus infantes per legales oblationes ab ea purgabant, ut & ipsaꝝ animæ non perirent à populo suo. Ante tēpus autē circumcisionis ab Adam usq; ad Abraham, qui primus suscepit circūcisionis mandatum, fieri solebant oblationes deo, ab his qui dei cultū habebant, per quas deleri potuit originałe peccatum, atq; alia peccata fragilitatis humanæ in electis dei tam pusilli q; magnis, ut saluæ fierent animæ eorū, quoniā nunq; misericordia dei humanū genus omnino dereliquit. Ecce talis erat deo de infantibꝫ cura in prioribꝫ seculis ut conseruarent animæ eorū à perditione, & nunquid æstimatis impia gens q; oblitus sit eiusdē misericordiæ suæ deus in tempore isto, qd gratiæ tēpūs & annus benignitatis uocat? An putatis quoniā minus amet filios, & filias Christianorū, q; infantes Iudeorū, quibus constituit circumcisionē, ut non perirent animæ eorū à populo suo? Iussit autem cessare circumcisionē post ascensionem Christi per doctrinam apostolorū, quoꝝ unus dicebat: Si circumcidamini Christus nihil uobis prodebet. Circumcisionis

Cisionis autem loco esse uoluit baptismum aque:  
 ut eo purificaret à peccatis omnis homo tā pusil-  
 lis q̄ magnus, quicunq; fuisset mersus in eo in no-  
 mine patris & filij & sp̄uſſaneti. Et quidē si est, ut  
 uos dicitis, uidelicet q̄ tantum adultis & non etiā  
 paruulis prosit baptismus ad salutem, nō habet tā  
 tam uirtutem baptismus nunc, quam̄ habuit cū  
 cūcīſio in tpe suo obſeruata. Super hoc ergo mihi  
 respondere: Qn̄ cōſtituit dñs ut baptismus fieret in  
 ecclēſia, & ceſſaret cīcūcīſio, tunc uel uoluit & nō  
 potuit dare baptismo eā uirtutem, quā habuerat  
 cīcūcīſio, uidelicet ut per ipsum conſeruarent aīg  
 infantium: Vel potuit hoc & noluit, uel nec uoluit  
 hoc nec potuit. Si uoluit, & non potuit, non erat tā  
 t̄ potētīg, quanq; fuerat olim, quando conſtituit  
 fieri cīcūcīſionem, & per eā animas paruulorū cō-  
 ſeruauit à damnatiōe. Quomodo ergo uerū erit qd̄  
 dicit ſcriptura: Omnia quæcunq; uoluit dominus,  
 fecit in cōlō & in terra: Si aut̄ potuit & noluit, non  
 eſt in hoc tpe gratiæ tā large benignus, neq; tam fi-  
 delis erga populu Christianum, ut fuerat erga po-  
 pulum Iudaicū. Et in eo qd̄ abstulit cīcūcīſionē, in  
 qua poterāt conſeruari animæ infantū, & nihil in  
 loco eius fieri ordinauit per quod poſſent adiuua-  
 ri. Si aut̄ nec uoluit nec potuit deus facere per ba-  
 ptismū eam misericordiā paruulis, quā fecerat per  
 cīcūcīſionem, conſequens eſt, ut neq; tam potens  
 neq; tam benignus ſit in tpe hoc, ut fuerat in dieb.  
 antiquis. Quodquidem tam alienū eſt à ueritate,  
 q̄ Catharus à ſalute. Et ſi uerius eſt ſermouester, me  
 lius certe atq; felicius fuiffet mundo, ut Iudaica  
 lex quæ adiuvare poſſuit tā pusilos q̄ magnos, in

Pſal. 134

## ADVERSUS CATHAROS

statu suo permanisset, & ut ad eam omnes gentes  
confluxissent, quod ut lex Christiana mundum intras-  
set, quod ut susurratis prodesse non potest, nisi his quod  
ad annos discretio ipsuenerit. Vix certe mediapars  
homim uiuendo peruenit ad dies suos, in quibus sci-  
re possint quid credere debeant, aut quid non. Sic  
go oes tales necesse est perire, merito debet intole-  
rabilis esse tristitia torti ecclesiæ, pro ea mutatione,  
quam in ea fecit deus, in hoc quod interdixit circunci-  
sionem, & pro ea baptismū constituit, & tot milia  
animarum in perditione ire permittit, quibus putatur  
prodesse baptismus, & non eis prodest, ut docet hæ-  
resis uestra. Quid ergo aliud faciet Rachel, nisi ut  
sine intermissione ploret filios suos, & non uelit co-  
solari: quia non sunt? Quomodo ergo tempus istud  
recte dici potest tempus gratiae, & non magis tempus  
iraë? Imo ô filij iræ ô Cathari semé nequam, filij sce-  
lerati, nunc est tempus gratiae, & non iræ: nunc te-  
pus acceptabile, nunc dies salutis: quia sicut prædi-  
xi, dilatata est misericordia dei super hunc mun-  
dum magis quod in prioribus seculis. Nam ante salua-  
toris aduentii regnauit mors & perditio in huma-  
no genere, & premebat ira dei totum mundum, &  
paucissimæ animæ in illo tempore salutem siebant  
a morte æterna. Omnes enim gentes creatorem su-  
um ignorabant, & idolatriæ deseruebant, præ-  
ter Iudaicam gentem, in qua notuserat deus, & quod  
legibus & obsequijs veri dei erat macipata. In hoc  
aut tempore ostendit deus misericordiam suam in  
uniuerso mundo, & notus fieri uoluit in cunctis fi-  
nibus terræ, & constituit baptismi gratiam, non uni-  
genti, ut circumcisionem Iudeis, sed omni generi homi-  
minum

## SERMO VII.

minum, ita ut quicquid baptizatus fuerit in nomine eius, siue Iudaeus, siue Græcus, siue Latinus, siue barbarus, pusillus aut magnus, mas siue foemina, seruus siue liber, remissionem oīm peccatorū in eo consequatur tam plenarie, ut si mox per baptismū de hac migret uita, aperta sit ei ianua regni coelestis. Tantam uero uirtutē salvationis non habebat circūcisio in veteri populo: Nemini quippe pusillo & magno quantūcunq; innocens aut sanctus esset, introitus regni dei aperiebatur per circūcisionem, aut per aliquas obseruationes legis antiquę. Sed quoniam electi erant ad regnum dei in populo illo, detinebantur animæ eorum in locis sibi destinatis a deo, expectantes donec per uirtutē Christi pateficeret eis accessus ad perfectæ beatitudinis gloriam. Propter haec ergo quæ nunc dixi, merito hoc tempus Christianitatis, tempus gratiæ, & tempus acceptabile dicitur, & dies salutis dies isti vocatur, qui magis dies perditiōis dici possent, si ita esset, sicut uos impie susurratis. Non autem id me dicere aestimes, quod omnes qui in ecclesia secundum quod constitutum est a domino baptizantur, ita remissionem peccatorum suscipiant, ut qualitercumque postea uixerint, tamen ad regnum dei perueniant. Sed hoc dico, & fides nostra inconcussa hoc tenet: Quicumque parvuli, siue a bono homine, siue a malo, & si sit hereticus, in nomine patris & filii & spiritus sancti baptizantur, & morte præuenientur antequam maturescant, saluantur per baptismum & per fidem sancte trinitatis, quā habet ecclesia catholica, q; inuocat nomē dñi p salutem eorum, q; baptizat in ea, sicut olim saluabat p circūcisionē & p fidē patrū.

Qui

## ADVERSUS CATHAROS

Qui uero ad annos maturitatis perueniunt, si gratiae in baptismo acceptae, uita eorum consors fuerit, hos & baptismus, & fides catholica, & operis etiudo perducunt ad salutem. Qui uero prauis operibus uitam suam commaculat, & contra mandata dei pompis diaboli deseruiunt, hi profecto gratiam spissam sancti in baptismo acceptam, in seipsis extinguunt, & nihil his prodest baptismus ad salutem, sicut & circuncisio multis Iudeorum peruerse gradientibus nihil profuit ad salutem consequendam. Hæc est nostra catholica fides, de his qui baptizantur, quæ palam in ecclesia dei semper praedicata est a temporibus apostolorum & sanctorum patrum, qui in Romana ecclesia, alijsque ecclesijs, usq; ad hec tempora nostra successerunt, & qui leguntur praedicasse in manifesto & baptizasse in Christo, senes & iuuenes, mulieres & peruulos.

Ad illud uero redeo quod dixi, saluari partuulos per baptisma, & per fidem sanctæ trinitatis, quam habet ecclesia, quæ inuocat nomen domini pro salute eorum qui baptizantur in ea. Hoc uobis incredibile esse dicitis quod alicui homini prodesse possit alterius fides apud deum. Et quare hoc uobis est incredibile? Si scitis euangelia, reuolute ea, & inuenietis, quoniam dominus saluator cum inter homines conversaretur, & miracula divina operaretur, multa qui male habebant, misericordiam suam exhibuit, non propter ipsorum merita, sed propter fidem aliorum, q; ipsum deprecabant pro eis. Legimus siquidem de muliere Chananea, q; rogabat dominum pro filia sua, quæ male a dæmonio uexabat, & ipse audiens misericordis clamoribus matris, tandem misere-

est

## SERMO. VII.

Est super eā & dixit: O mulier magna est fides tua,  
 fiat tibi sicut uis, & sanata est filia eius ex illa hora.  
 Ecce in eo quod ait: Magna est fides tua, aperte de  
 clarauit, quoniam per fidem, quam in ipsum ma-  
 ter habebat, meruit ut sanaretur filia eius, quæ nec  
 fidem, nec sanam mentem habebat. Et de ceterione  
 legimus, q[uod] pro sanitate paralytici serui sui, domi-  
 num deprecatus est. Cui cū dixisset dñs, ego ueniam  
 & curabo eum, atq[ue] ille respondidisset: Dñe non sum  
 dignus ut intras sub tectū meū, sed tantū dic uer-  
 bum, & sanabis puer meus, admiratus est dñs sup  
 fide eius, dicens: Amen dico uobis, non inueni tan-  
 tam fidē in Israēl: moxq[ue] illi dixit, Vade, & sicuti cre-  
 didisti, fiat tibi. Et sanatus est puer in illa hora. Nō  
 ne & in his uerbis patet, quoniam fides uiri po-  
 stulatis ei, pro quo postulabat, profuit ut sanaretur.  
 Respondebitis forte, quod his de quibus nunc di-  
 citur est, uidelicet puella obsessa, & puero paralyti-  
 co fides postulantū pro eis profuit quidē ad cor-  
 pus, sed non ad animarū sanitatem, & dicitis, quod  
 ad salutē animæ consequendam, uniuersaque gran-  
 tum propria fides adiuuare possit, & non fides alio-  
 rum quantumcunq[ue] clament pro eo. Et nūc ali-  
 ud exemplū uobis adducā, quod in hac parte con-  
 tra uos est. Scriptū est in euangelio Lucæ, q[uod] factū  
 est in una dierū, & Iesus sedebat docēs, & erāt Pha-  
 risæi sedentes, & legis doctores, qui uenerant ex omni  
 castello Galilææ & Iudeæ, & Hierusalem, & uirtus  
 dñi erat ad sanandū eos. Et ecce uiri portatæ in le-  
 cto hominem qui erat paralyticus, & quæreban-  
 eum inferre & ponere ante eū, & non inuenientes  
 qua parte inferrent eum præ turba, ascenderūt su-

Mat. 15

Mat. 8.

Luc. 5.

per

## ADVERSVS CATHAROS

per tectum, & per tegulas submiserunt illum cum  
lecto in medium ante Iesum. Quorum fidē ut uidit  
dixit: Homo, remittuntur tibi peccata tua. Ecce in  
eo quod dicit euāgelista: Quorum fidem ut uidit,  
manifeste dat intelligi, qm̄ fides illorū, quā habe-  
bāt de potētia eius, beneplacita erat dño, & quōd  
specialiter propter ipsam illi data est, primum qui  
dem remissio peccatorum, quæ ad salutem animę  
illius pertinebat: & postmodū sanitas corporalis,  
quando eidē paralytico dicebat: Tibi dico surge,  
tolle lectū tuū, & uade in domū tuā. Si enī hanc mi-  
sericordiam dñs eidē paralytico fecisset ob meritū  
fidei ipfius, & non propter illoꝝ fidem, nequaquam  
dixisset euāgelista: quorū fidē ut uidit: sed magis  
cuius fidem ut uidit. Hæc nos animaduertentes cō-  
fidimus, q̄ nostram quoq; fidē respiciat dñs Iesus,  
quando infirmū nostrū ipsoffrimus curandum.  
Portamus siquidē & nos paralyticū in lecto, & po-  
nimus ante Iesum, quando paruulum baiulamus  
a dbaptisma, perentes ut baptizet eū & saluer. Anī  
ma quippe rationalis adhuc originali peccato con-  
stricta, & nihil adhuc naturalium uitium exercere  
ualens in corpore puerili, cui melius comparat à  
homini intus per peccatum constricto, & foris ꝑ  
paralysim in membris dissoluto iacentibꝫ in lecto?  
Et pro illo qdē nihil aliud postulabant amici eius,  
nisi ut in corpore sanaret: ipse uero ex gratuita ho-  
nitate prius qd maius erat præsttit, sanādo à pec-  
catis eū in anima, & postmodū etiam qd peteba-  
tur adiecit corporalem ei sanitatem restituēdo: &  
approbata est fides illoꝝ, q̄ hoc qd minus erat eū  
posse credebant. Est autem indubitanter maior fi-  
de illoꝝ

SERMO VII.

de illorum nostra fides, cū qua paralyticū nostrū dor-  
mino præsentamus, ac magis spūal is peticio nra,  
petitione illorū. Credimus quippe, q̄ querendam  
dū potest per baptismum purificare majorum ani-  
mas ab omni peccato, tam actuali q̄ originali: ita  
potest & parvulorū aīas liberare ab originali pec-  
cato sine meritis ipsorum, sicut & sine meritis suis.  
Præfatus ille paralyticus, & in aīa & in corpore sa-  
natus est. Credimus inquā hoc & fideliter ab ipso  
postulamus, si quādo ei parvulos baptizandos of-  
ferimus: ipse enim inuisibiliter illis præsens est iīlic,  
& ipse inuisibiliter baptizat omnes qui cum inuo-  
catione sancte trinitatis aquis immergunt. Nolite  
mirari super hoc quod dixi, qm̄ ipse inuisibiliter  
baptizat eos qui baptizant. Scriptum quippe est,  
quod Iohānes Baptista tale de ipso testimoniu pro-  
mittauit dices: Qui misit me in aqua baptizare, ille Iohan. 3.  
mihi dixit: Super quē uideris spūm descendenter,  
& manente m sup eum, hic est q̄ baptizat: & uidi  
& testimoniu perhibui, q̄a hic est filius dei. Idē q̄q̄  
dicebat ad turbas de Christo. Qui post me uentu-  
rus est, fortior me est, cuius non sum dignus calce-  
amenta portare. Ipse uos baptizabit in spūsancto  
& igne. Ex his uerbis securi sumus ipsum dominū  
Iesum Christum esse communem baptistā oīm q̄  
in catholica ecclesia baptizant in nomine sancte  
trinitatis, ita uidelicet quod ipse inuisibiliter spūm  
eorum sanctificat in spūsancto, & ab omni pecca-  
to emundat: inde est quod dicimus, q̄a siue bonus,  
siue malus sit ille, per cuius manus corpus homi-  
nis qui baptizatur, aquis uisibiliter immergitur,  
Mat. 3.  
non ex hoc plus uel minus operat uirtus, baptismi  
remissionē

## ADVERSVS CATHAROS.

remissiōnem peccatorū, & inuisibilem sanctifica-  
tionem in anima eius, qui regeneratur. Propterea  
Paulus apostolus scribens Corinthijs, qui de bapti-  
zis suis le iactabant, redarguit eos dicens: Signifi-  
catum est mihi ab his q̄ sunt Cloēs, quoniam con-  
tentiones inter uos sunt. Hoc aut̄ dico, quod unus-  
ḡs uestrum dicit: Ego quidem Pauli, ego uero Ce-  
phāe, ego aut̄ Apollo, ego uero Christi. Aestimabat  
enim quisq; eo se esse sanctiore, quō erat sanctior il-  
le à quo fuerat baptizatus. Hoc uero nequaq; ita ē,  
quoniam nihil sanitatis ei q̄ baptizatur pr̄stat  
ille qui uisibiliter baptizat, sed oēm spirituale gra-  
tiam, quæ in baptismo confertur, ipse summus sa-  
cerdos dñs Iesus Christus pr̄stat illuc per uirtutē  
spūsancti, & ad illam quidē omne genus homi-  
num, qui ad ipsum conuerti uolūt, admittit quan-  
cumlibet sīnt onerati peccatis: solos aut̄ paruulos  
sicut dicitis, qui minimū peccati habēt, inde repel-  
lit. Nequissima gens cur hoc dicitis? Nonne ipse cō-  
muniter omnes uocauit, cūm dixit: Venite ad me  
oēs qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam  
uos? Certe cum hæc dicebat p̄issimus ille procura-  
tor salutis humanæ, uidebat omnē hoīem labora-  
re sub pœnalitate quā induxerat mundo culpa ori-  
ginalis: uidebat simul, quoniam preter ipsum nemo  
uiuebat hoīm in tempore illo, uel uiicturus erat su-  
per terram, cuius non esset onerata aia peccatorū  
grauamie, ita ut nec infans unius diei expers esset  
peccati. Quod intelligēs Paulus apostolus dicebat:

**Matt. 11.** Cōclusit deus omnia sub peccato, ut omniū mis-  
ereretur. Omnia inquit, id est omnis generis hoīes,  
**Gala. 3.** omnis ætatis homines conclusit, id est, concludidī  
permisit

## S E R M O VII.

permisit sub peccato, ut omni miseretur, tribuendo omnibus remissionē peccatorū. Si ergo cōcedi tis & paruulos omnes conclusos esse sub peccato, necesse est ut concedatis etiā ad eos pertinere misericordiā dei, & ipsos quoq; ad latū gremiū benignitatis eius cū cāteris inuitari, uocatione ipsius quā dicit: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati Mat. 11  
 estis, & ego reficiam uos: Reficiā inquit, Refectio ista quam promisit præstatur in hac uita spiritui nostro, in eo q; per spiritū sanctū à peccatorū grauamine exoneratur, atq; in eo quod cū superadditta gratia adiuuat ad resistendū fomiti peccati, & ad insistendū bonæ operationi. Præstat & post hanc uitā, quando datur ut requiescat homo à cunctis laboribus suis. Omnem hāc refectionē promisit omnibus uenientibus ad se. Et qua ratione putatis q; eam recuset paruulis uenientibus ad se? Putatis q; dicat dñs: Omnes ueniant ad me quantūlibet sint peccatores, soli paruuli qui nondū satis habent peccati, maneant foris? Non ueniūt dicitis, sed adportantur ab alijs, & idcirco non dat eis gratiā, quā alijs peccatoribus. Et nonne paralyticus ille, de quo supra dictū est, ab alijs adportatus est? non p; seipsum uenit, neq; idcirco minus ḡrē ab ipso accepit. Similiter nō p; seipso ueniūt, neq; p; seipso bñdictionē ab Iesu perierūt paruuli illi, de qb; Mat. 19  
 refert dicens: Tūc oblati sunt ei paruuli, ut manus eis imponeret & oraret. Discipuli autē increpabant eos. Iesus yō ait eis: Sinite paruulos uenire ad me, talium est enim regnū cœlorū. Et cū imposuisset illis manus abiit inde. Ecce talis in illo tempore benignitatis erat dñs, ut rudes pueros non perseipso

E quidem

## ADVERSVS CATHAROS

quidē uenientes, aut gratiæ aliquid postulare sc̄iē  
tes, sed alijs ipsos ei offerētibus, ac pro eis postulati  
bus dignaret̄ suscipere, dignaret̄ & benedictā ma-  
nū suā eis cū oratione imponere. Et quō accedit ei,  
ut in istis tēporibus non eandē habeat benignita-  
tem erga paruulos, quos solet ei offerre ecclesia, ro-  
gās ut manū eis imponat, id est, uirtutē sancti sp̄us  
sui, per quā eis p̄ctā remittant, & spiritualibus donis  
implete nunti. Quō dulcem illā uocem, qua dixit: Si-  
nите paruulos uenire ad me, talium est enim regnū  
**Mat. 19** celorum, mutauit in amaram uocē, ut dicat, aufer-  
te paruulos à me, talium enim non est regnum cœ-  
lorum? Nam secundum tenorem discipline uestre,  
hoc & si non manifesta uoce, ipso tamen opere di-  
cit, si omnes, qui ante annos discretionis moriunt,  
perire permittit in originali peccato cūm quo na-  
tisunt, scimus quidem in eo uerbo, quod dixit: Ta-  
lium est regnum celorum, etiam comprehēdi eos  
qui maturę ætatis sunt, & similes sunt pueris inno-  
centia & simplicitate. Veruntamen hi qui in inno-  
centia & simplicitate atq[ue] in super ætate pueri sunt,  
& ab ecclesia domino offeruntur, ut paruuli illi,  
quibus olim manum imposuit, non possunt iusta-  
ratione ab eadem sententia excludi, nisi forte cum  
ad maturitatē peruererint, acceptā in baptismo  
gratiam, per malā cōuersationē amittant. Nūquid  
adhuc sine intellectu estis, & non percipitis ex his  
uerbis, quæ dicta sunt, falsum & hæreticū esse, qđ  
de baptismo paruolorum affirmatis? Dicite mihi:  
Quę uobis est causa huicmodi sermonis, cum nec  
firmā rationē, nec aliquod euidentis testimoniu[m] ex  
scripturis sanctis habeatis ad confirmandū hūc er-  
rorē

## S E R M O V I I I

rorem? Si erubescitis dicere, ego pro uobis dicam  
 Superbia cordis vestri, & inuidia diaboli in ore ue-  
 stro posuerunt ybū hoc. Nā ut quasi singulares præ-  
 ceteris habeamini, ac multa scire videamini, quæ  
 nō sunt in cōmuni hominū cognitione, idcirco ta-  
 lia susurratis in auribus simpliciū ac seductibilium  
 hoīm, quibus aquæ furtiū dulciores sunt. Idcirco  
 dixi q̄ superbia cordis vestri, quæ uanæ gloriæ ma-  
 ter est, huic errorē sicut & alios multos seminare  
 uos fecit. Inuidia quoq; diaboli hoc verbū uobis  
 inspirauit. Quia em̄ uidit innumera milia animarū  
 per baptismū saluari in infantilibus annis, & nihil  
 voluntatis suæ fieri in eis, quos ita innocentes &  
 puros ab omni macula post regenerationē suam  
 festinat deus ad regnum suum transferre, quia in-  
 quā hoc uidit, inuidet innocētiæ eorū, inuidet q̄ ita  
 festinaretur beatitudo eorū, inuidet, quod etiā ex  
 ore huiusmodi infantiū & lactentiū perfecturus es-  
 set laudem suam, propter inimicos suos apostatas  
 spiritus, qui per propriam malitiā à curia eius ceci-  
 derant, & imminuerant numerū laudantium eum.  
 Quæsiuit igitur artem qua impediret oēs infantiū  
 animas, ne gratiæ que in baptismo tribuitur à deo  
 participes fierent, & inuenit sibi aptissima instru-  
 menta ad officium hoc, uidelicet linguas Catha-  
 rotorum, quæ sunt pharetræ pessimarum sagittarū  
 eius, quibus sagittant in obscuro rectos corde. In  
 quibus posuit & hoc verbū iniquum, quod dicunt,  
 nihil professe paruulis ad salutem lauacrum ba-  
 ptismi, & debere eos reseruari usq; dum perueniat  
 ad annos discretionis, & tunc primum eos esse ba-  
 ptizados, cū possint proprio ore fidē suā profiteri.

B 3 Hæc

## ADVERSVS CATHAROS

Hæc ita excogitauit diabolus, quatinus hunc modum induceret mundo, ut nō ad baptismū afferret homines paruulos suos, sicq; in partē suam attraheret omnes animas quæ in infantibus annis ab hac uita migrant, atq; à regno dei eas elōgaret. Sed gratia dei nondum ita creditū est huic uerbo, ut receptoris sit mos iste in populo dei: adhuc offeruntur parvuli dñō ad baptismū, & imponit eis manū suā & recipit eos. O' Cathari! ô Piphiles nescio quā laude uobis rectius dicā, q; q; diffusa est diabolica malitia in labijs uestris, propterea maledixit uos deus in aeternum.

## CONTRA QVINTAM HAERESIM de baptismo aquæ. Sermo VIII.

**N**on autē me latet, quod de eis quoq; qui in prouectiori ætate baptizātur, non minorē hæresim tenetis, q; est ea quæ de baptismo paruulorū nunc pertractata est. Nam baptizandū qdē esse hoīem dicitis, cū ad annos discretiōis puerit, nō autē in aqua, sed in igne, & nihil prodeſſe cuiq; baptismū aquæ. Huius aut̄ erroris defensionē sumitis ex uerbis Iohannis, quæ de dñō salvatore Mat. 3 pronunciauit dicens: Ille uos baptizabit in spiritu sancto & igne. Hinc est q; eos quos assumitis in societatē Cathariae uestræ, sicut audiui à quodā qui expertus fuerat secreta uestra, tali modo rebaptizatis. Conueniētibus uobis in unū in obscuro aliquo penetrali, primū hoc diligentissime procurat, ne forte per aliquā fenestrā, aut per ostium quisq; eorum qui foris sunt, uisu uel auditu percipiat, quod intus gerit, quoniā scriptū est: Qui male agit, odit lucē; locātur luminaria cōpiale in parietibus cunctis

## S E R M O VIII.

Etis: statur per ordinē in circuitu cū reuerentia magna, qm̄ sancta res agitur, quæ tamē magis cōplacēat diabolo q̄ deo. Statuitur in medio intelix ille q̄ baptizādus siue Catharizandus est, & assistit ei archicatharus, tenens in manu libellū deputatū ad officiū hoc. Quē imponens uertici eius dicit benedictiones, quę potius maledictiones vocādę sunt, orantibus cæteris qui circumstant, & faciūt filium gehennæ, non regni dei, sicq; perficitur ille baptismus. Dicitur aut̄ hic baptismus fieri in igne, ppter ignē luminū, quæ in circuitu ardēt. Nō sic impī, nō sic debetis seq̄ uerba sancti euangeli, in qbus dicit: Ille uos baptizabit in spū & igne. Melius ipsa uerba attēdite: Baptizabit inq; in igne, nō iuxta ignē, ut uos facitis. Auscultate ad me, & docebo uos, quō rectius eadē uerba impleatis. Loquar stultis iuxta stultiā suā, ut nō sibi videāf sapiētes. Struite ignē copiosum in medio synagogę uiræ, & collite illū uestrū nouitiū, quem uultis Catharizare, & in medio ignis eū locate, & tu archicathare pone sup̄ uerticē eius manū tuā, ut soles, & sic bñdicito illū, & tūc si nō adiuesseris tu ungulas tuas, & ille si illēsus euaserit, fatebor certe q̄a bene baptizatus est Catharus tuus: si uero non euadit, nonne mox ita calens ad cœlum uadit? Nōne sic nuper baptizauit Colonia archicatharę uestrę Arnoldū, & cōplices ei⁹, & similiter Bunna Theodericū & socios eius, & cōtinuo ut dicitis auolauerūt in cœlū? Imō ut uerius dicāt, descendēt in profundū inferni, ab igne temporali, ad ardorē ignis eterni, & merito qđē. Ut em̄ exinanirent baptismū aquæ, cōstitutū ab ipso dño salvatore, baptizādū esse in igne docuerūt: Ideoq̄iustis

## ADVERSUS CATHAROS

fimo dei iudicio factū est , ut sic in igne baptizare  
tur, ut ab eo irreuocabiliter deuorarent. O' stultissi  
mi homī, unde uobis ista p̄sumptio, qua erigimini  
aduersus om̄ē qđ euangelicū est & catholicū. Vere  
singularis ille ferus pastū sibi gratissimum in uobis  
habet, q̄ tantā singularitatē in cunctis partibus ca  
tholicæ fidei habere quæritis, ut singularē quandā  
in uobis sanctitatē uenerent miseri illi, quos seduci  
tis. Differo usq; in aliū locū exponere, qualiter intel  
ligendū sit illud , qđ de saluatore dictū est, qm̄ ba  
ptizabit in spū & igne. De aquæ baptismo, cui con  
tradicitis, nunc loquor ad uos: Dicite mihi qua au  
dacia cōtradicitis ei, cū ipse dñs eū instituerit, & ser  
uādū esse docuerit? Ipse etem sicut sancti quatuor  
euangelistæ singoli in scripturis suis testant̄, uenit  
ad lordanē, ubi erat Iohānes baptizans, ibi qđ ab eo  
baptizatus est , nō ga ipse baptismi sanctificatiōe  
indigeret, q ab omni peccato erat immunis, sed ut  
nobis ad abluenda p̄cta aquas sanctificaret , & in  
scipso nobis exēplū præberet suscipiēdi baptismū  
aquæ, quē cōstituere uolebat ecclesiæ suæ in remis  
sionē p̄ctōr̄. Ibi & spūs sc̄tūs in specie colubē se ma  
nifestauit sup̄ eū, sicut de ipso testimoniu phibuit.

**Mat. 3**

Iohānes dices: Quia uidi spiritum descendente quasi  
colubā de cœlo & manente sup̄ eū. Quod nr̄ae qđ  
eruditiois & cōsolatiois causa factū est, ut uidelicet  
tāto certius credere possemus ad oēs eos puenire  
gratiā spūs sancti, q̄ Christi baptismū suscipiūt, ut il  
ius capit̄ qđ Christus est, mēbra efficiant̄. Bapti  
smū nost̄ Christi baptismū uocamus, q̄a ipse prin  
cipaliter in eo, ut supra dixi: nus baptizat, dans re  
missionē p̄ctōr̄ per spū sanctū. Et q̄a ut dictū est,  
exemplo suo cum nobis iniiciavit, & qm̄ in uerbis

**Ioan. 1**

## S E R M O VIII.

sanctæ doctrinæ suæ obseruari eū cōstituit, determinās in qua materia, & secundū quā formam fieri deberet: in qua materia baptizādū esset determinauit, qñ in aqua hoīem regenerari debere, monstrauit dices; Nisi quis renat<sup>9</sup> fuerit ex aqua & spiri Ioan. 3.  
 tu, non pōt uidere regnū dei: propter duas substancias quæ sunt in omni hoīe, uidelicet corpus & anima. Dixit duo pertinere ad baptismū nostrū, uidelicet aquā & spiritū sanctū: & nos indubitatē credimus ex ybis ipsis, q̄ ea hora qua uisibile corpus nostrū lauat in aqua uisibili, tunc & inuisibili substantia nostra, quæ est anima, lauat inuisibili lauacro, uidelicet in spiritu sancto, & emunda ab omni delicto. In quali etiā forma uerborū baptizari nos uellet, determinauit, cū dixit ad discipulos suos: Ecclites docete oēs gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti. Hæc ergo uerba sunt dominica, ex quibus ecclesia dei testimoniu habet eius baptismi qui peruenit usq; in nos: habet & testimoniū ab eo signo quod accidit in passione salvatoris quādo ex latere ipsius iā mortui simul profluxerūt sanguis & aqua. Ita enim scribit Iohannes dominicæ passionis testis fidelissim⁹ de crucifixoribus eius dicens: Venerūt ergo milites, & primi quidē fregerūt crura, & alterius qui cū eo crucifixus est. Ad Iesum aut cū uenissent, ut uiderunt eum tam mortuū, nō fregerunt eius crura, sed unus militū lancea latus eius aperuit, & continuo exiuit sanguis & aqua. Quod si nō ad magnā pertineret admirationem, si non magnæ rei esset sacramentū, non ita diligenter hoc affirmasset euangelista, cū subiunxit dices: Et qui uidit testimonium perhibuit, & uerum est Ibidem

Mar. uI.

Ioan. 19.

## ADVERSUS CATHAROS

testimonium eius, & scit ille, quia dicit uera, ut & uos credatis. Prudenter itaque hic animaduertendū est, uidelicet et quod ante exitū mortis, in cruce domini purissimā sanguinē sine aqua de uulneribus suis emisit : & post emissionē spissū mixtū aqua cruorem de latere suo pduxit. In quibus rebus aptā & rationabilē nobis significationē dedit, uidelicet quod sanguine suo redimeret, non solū illos, qui ante mortem ipsius per multa secula gratiā redēptionis eius fideliter expēctauerant, & sine aqua baptismi, qui nondū fuerat cōstitutus, ab hac uita deceperant, sed eos quoque, quos per aquā baptismi uolebat regenerari, & usque in finem seculi mortem eius erant deuote adoraturi. Illa ergo sanguinis & aquæ mixtura de latere Christi producta nobis erat, & pretium redēptionis & sacra significatio nostræ regenerationis, qua per aquā & fidem dominici sanguinis renascimur. Nec enim aqua sine fide passionis, nec fides sine aqua ad regenerationem sufficiens est. Dupliciter itaque illud beatum Christi latus ecclesiam dei ædificauit, & pretium redēptionis effundendo & formam regenerationis nobis ostendēdo. Propter quod

Rom. 5 Aplūs ad Romanos scribens dixit: Quoniam uetus Adam erat forma futuri Adæ i. Christi. Nā sicut ex illius dormientis latere fabricata est Eua, ita ex latere istius in morte sopiti, ædificata est sponsa eius ecclesia. Quod si non in hac re, dic nobis o Cathare, in qua re ille antiquus Adam extiterit forma futuri? Velim super hoc audire occultam sapientiam tuam, puto quod ad solitum finem deueniet responsio tua, ut dicas, nescio: Si nescis, sede, file, age opus consuetudinis tuæ, fac discurrere panu-

liam

liam cum trama per medium staminis, & sine illos tractare de mysterijs dei, qbus diuina ordinatio doctrinā scripturarē sanctarē commisit. Sicut prædictū est, ad baptismum aquæ dominus Iesus Christ⁹ & uisu⁹ & mortuus nos intuitauit. Quod ergo aliud baptisma requiris ô infidelis Cathare? Ephe. 4  
 Si uno deo potes esse contentus, unū quoq; tibi baptisma sufficiat, cū scriptū sit: Vnus dominus, una fides, unū baptisma. Tale tibi baptisma sufficiat, q; le sancti apostoli administrauerunt, his qui baptizati sunt ab eis. Act. 10. Si ignoras quali baptismate baptizauerint, lege scripturam Lucæ euangelistæ quæ intitulatur Actus apostolor⁹, cui non minus credit quam euangelio qd scriptū est ab eo. Lege inquit in eo loco, ubi de cōuersione Cornelij & amicorum eius scribit hoc mō: Adhuc loquente Petro cedit spūssanctus super omnes qui audiebant uerbum, & obstupuerunt quierant ex circūcisione fidèles, qui uenerant cū Petro, q; in nationes gratia spūssanctie effusa est. Audiebant em̄ illos loquentes linguis, & magnificantes deū. Tunc respondit Petrus: Nū qs prohibere potest q; minus aqua baptizentur hi q; spūssanctū acceperūt, sicut & nos & iussit eos in nomine Iesu Christi baptizari. Audi insensare, quoniā princeps apostolorum non ignem sed aquam ad baptizandū homines illos fecit exhiberi. Item refert eadem scriptura de Philippo, qui erat unus ex discipulis Christi, qm cū euangelizaret Iesum Eunicho Candacis reginæ Aethiopum, sedēs cum illo in curru, sicut ordinauerat angelus domini, uenerunt ad quandam aquam, & ait Eunuchus: Ecce aqua, qs prohibet me baptizari? ibidem Act. 8.

## ADVERSUS CATHAROS

xit autem Philippus: Si credis ex toto corde, licet.  
Et respondens dixit: Credo dei filium esse Iesum: &  
iussit stare currum, & descendebunt uterque in aquam  
Philippus & Eunuchus, & baptizauit eum. Cum  
autem ascenderent de aqua, spuma domini rapuit Philip-  
pum, & amplius non uidit eum Eunuchus. De hoc  
quocumque quid tibi uidetur? Puto & Philippus errauit,  
quando in aqua hominem baptizauit. Certe si tuas  
habuisset sapientiam, cum ab eo petebat Eunuchus  
ut in aqua eum baptizaret, respodisse debuerat ei,  
non non, immo differendum est nobis usq[ue]dum ad  
diuersorum ueniamus, & introibimus in obscuram  
cameram, accendemus Inminaria multa, & ibi te ba-  
ptizabo in medio ignis. O fili erroris, utinam non  
peius errares quam Philippus. Utinam non te peior an-  
gelus duceret, quem erat ille angelus, qui Philippum ad  
hoc opus direxit. Quid ergo, inquis est, quod Iohannes  
baptista dicebat, baptizandos nos esse in spiritu & igne. Ego de hoc in sequenti capitulo loqui  
dispono, ita ut sit tibi in scandalum, & appareat magis  
esse contra te, quam pro te. Qualitercumque autem  
hoc intelligendum sit, certum est & manifestum  
ex his quae iam dicta sunt, quoniam unum & unicum  
baptisma constitutum est a deo, ad emundationem &  
sanctificationem totius ecclesiae, uidelicet baptismum  
aque cum invocatione sancte trinitatis. Quod breui  
sermone Apollonius comprehendit, ubi ad Ephesios scri-

Ephes. 5 b[ea]t[us] ait: Viri diligite uxores uestras, sicut & deus di-  
lexit ecclesiam, & tradidit semetipsum pro ea ut il-  
lam sanctificaret, mundans lauacro aquae in uerbo  
uite. Da gloriam deo tandem o Cathare, & in hac qua-  
m parte uictum te esse confitere. Et nunc transeamus

hinc

SERMO. IX.

Hinc ad aliud certamen.

Contra sextam hæresim de animabus mortuorum. Sermo IX.

**D**E cura, quæ pro mortuis agitur in ecclesia, licet qm uana & superflua est, afferentes q; aię defunctorę singulę in ipsa hora emigrationis suę de hac uita pro meritis suis, uel in eterna beatitudine collocent, uel æternis supplicij tradant, atq; hac rōne probatis, nec malis pdeste, nec bonis necessariū esse, ut pro eis orationes fiat, aut missæ celebrent, aut elemosynę dent: Nō em in fide uia hoc admittere uultis, qd præter illū eter nū ignē, q pparatus ē diabolo, & his q cū ipso ī ppetuū damnādi sunt, aliquæ purgatoriæ poenæ sint, ī quibus animæ fidelium, quæ in hac uita à peccatis suis per condignā satisfactionē ad plenū purgatæ nō sunt, ad tempus examinent, atq; ex eisdē per illa remedia, quæ nunc descripsimus, liberetur & ad requiem transferantur. Et nunc quoq; dissetramus, secundum scripturas veritatis, quia magnā earum notitiam uos habere gloriamini. Primum autem dicite mihi: An creditis quia dominus Iesus Christus in passione crucis emisit spūm, & scdm corpus qdē sepultus est, scdm aīam uero descēdit ad inferna, & spoliauit principes tenebrarę ab animabus electorę, qui uel ante legem, uel sub lege Moy si, quæ saluare neminē poterat, ab hac uita migraverāt, & promissum à prioribus seculis redemptionis suę gratiam, quæ per Christū facta est, fideliiter expectauerant? Si uero hoc credendū est, q; aię illæ, à poenitentiis illis in quibus detentæ erant, p Chrm liberatæ sunt: certum est qm mendacij pdicatores estis

## ADVERSUS CATHAROS

estis, qui dicitis nullas esse poenas animarum præter æternam supplicia damnatorum, & neminem posse liberari à poenis, q̄ non statim post mortem in æterna fuerit beatitudine assumptus. At si non creditis Christum ad inferos descendisse post passionem suam, neq̄ illud Athanasij symbolū recipitis, in q̄ hoc continet, pariter q̄ illud catholicū symbolum, qd publice in seruitio dei decatae reiçitis, in quo similiiter hoc cōfitetur ecclesia, scripturarum testimonia super hoc inducēda uobis sunt tam de veteri q̄ de novo testamento. David in psalmo uocem deprendit angelorum præuentium ad inferos Christum & imperantiū principibus tartari hoc modo: Attolite portas principes uestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex glorie. Et rursum idem David uictoriæ Christi congratulans, qua eruptas ab inferno secū aias eduxit ad cœlos, alibi dicit ad eū: Ascēdisti in altū, cepisti captiuitatem. Itē per Osee prophetā ipsa filij dei persona ait: O mors ero mors tua, morsus tu⁹ ero inferne. Morsus iste inferni tūc impletus ē, qñ saluator ad inferos descēdes electos suos sua invincibili potestate & iustitia inde abscedit, reproboſa aut̄ illic reliquit, sicut q̄ rem aliquam mordet, partē eius in ore comprehendit, partem foris relinquit. Et Apostolus Paulus scribēs ad Colos. ait: Expolians principatus & potestates traduxit confidenter triumphans in semetipso. Sufficiant nūc ista ad assertionē fidei nostræ in hac parte. Ad eam ni fallor, responsionem nunc configuetis, ut dicatis: Concedimus quidem q̄ ante redemptoris adventum aīæ ad uitam præordinatæ in locis pœnib⁹ à uenturis gaudij differebantur, sed postq̄ p̄ Christum

Psal. 23

Psal. 67,

Osee. 13

Colos. 2

## SERMO IX.

Christum uitæ patefactus est aditus, hoc communi  
niter omnibus saluandis collatū est, ut peracto uitæ  
huius cursu nullatenus ultra ab introitu regni  
differenter postmortē. Sicut manifestū est ex eo,  
quod latroni in cruce pœnitēti à saluatore olim di  
ctum est: Amen dico tibi, hodie mecum eris in para-  
diso. Hoc em̄ communiter de omni peccatore sen-  
tiendū esse cēsetis. Quod si in Christo ipso uitæ lug-  
termino pœnituerit ex corde, q̄tūlibet flagitosus  
per totam uitam suā extiterit, ita perfecte ei cūcta  
peccata remittuntur, ut continuo ab hac uita sine  
omni examinatione trāsmigret ad coelestiaregna.  
Ad confirmandū uero hunc errorem quarundam  
scripturarū testimonia inducicis, quæ aduersari no-  
bis uidētur, ex quibus est illud Ezechielis: Iustitia Ezec. 39  
iusti non liberabit eum, in qua cūq; die peccauerit;  
¶ impietas impij nō nocebit ei, qua cunq; die cō-  
uersus fuerit ab impietate sua. Et tūsum qđ sequit  
ibidem, simile est huic: Si dixerit impio, morte mo-  
tieris, & conuersus egerit pœnitentiā à pctō suo, fe-  
cerit & iudicium & iustitiam, pignus debitori resti-  
tuerit, rapināq; reddiderit, & in mandatis uitæ am-  
bulauerit, nec fecerit qcquam iniustū, uita uiuer,  
& non morietur: oīa peccata eius quæ peccauit,  
non imputabunt ei. Hic ergo captos nos retiaculis  
scripturæ iudicatis, & dicitis nobis insultantes: Ecce  
scriptura nobiscū est, quæ affīmat, quoniam pec-  
catori conuerso ab impietate sua, non nocebit im-  
pietas sua. Iterum m̄q; id ipsum inculcat dicens: Quo-  
niam oīa peccata quæ fecit, nō imputabunt ei. Fal-  
sum itaq; est qđ post pœnitentiam & contritionē  
cordis, in qua peccatori remissa sunt pctā sua, de  
cetera

Lucc. 23

Ezec. 39

Ibidem

## ADVERSUS CATHAROS

cætero aliqbus poenis tradae cruciandus & purgā  
dus post mortē. Nā si hoc futurū est ei post conuer  
sionē suā, profecto nocebit adhuc ei impietas sua  
& in putabunt ei p̄ctā sua. Talis est o Piphles obie  
ctio uestra contra nos. Audite nunc qđ respondeā  
mus ad hoc, anteq de alijs obiectiōibus uestris alī  
qđ dicamus. Verba sancte scripturæ cū magna dis  
cretione aīaduertenda sunt: alioqui in multis locis  
perturbare nimiū possunt lectorem, suntq ei uasa  
mortis, quoniam s̄æpe in uno eodemq; dicto diuersę  
significationes intelligi possunt, quarū una ad ue  
ritatem, alia pertineat ad falsitatem. Ita qđ illa uer  
ba prophetæ de quibus nunc tractamus, ne in er  
rorem nos mittant, quemadmodū & uos cum tali  
determinatione accipimus, ut dicamus, quoniam  
impius quacunq die conuersus fuerit de cetero nō  
nocebit impietas sua, tali uidelicet nocumento, ut  
pro eo æternaliter condemnetur, ne qđ imputabū  
tur p̄ctā ad perditionē ipsius. Quāuis enim p̄ctōr  
post cōuersiōnem suā aliqd molestiæ patiat in aīa  
à purgatorio igne pro peccatis suis, de quibus non  
sufficienter correctionem in hac uita sustinuit: illa  
tñ molestia, quia temporalis & trāsitoria est, quasi  
nullum nocumentum reputanda est cōparatione  
illius æternę poenę, quā in inferno pati debuisset, si  
cōuersus ab impietate sua ante mortē nō fuisset.  
Ostendam aut̄ uobis similem scripturā, quæ simili  
indiget determinatione. Beatus Petrus in epistola  
sua, quibusdā nouiter ad fidē Christi cōuersis dice  
bat: Et quis est qui uobis noceat si boni æmulato  
res fueritis? Hæc autē interrogatio idem significa  
bat, ac si ita affirmando dixisset: Nemo est qui uo  
bis nocere

## SERMO IX.

bis nocere possit, si boni. i. bonitatis emulatores fu-  
etitis. Dñs aut̄ Iesus Christus in euangelio discipu-  
lis suis, simulq; cæteris boni æmulatoribus hæc an-  
nuntiat dicens: Tradent uos in tribulatione, & oc-  
cidēt uos, & eritis odio oībus propter nomē meū.  
Item: In mūdo pressurā habebitis, in me aut̄ pacē.  
Ecce similiter hic ut suprà, poteſtis rōcinari aduer-  
ſus nos, ita ut dicatis: Si boni æmulatores tradun̄t  
in tribulationē, occidunt̄, odio habentur ab omni-  
bus, & multa huiusmodi propter iustitiā pariunt̄,  
certū est multos illis nocere, pro eo q; boni æmu-  
latores sunt. Nō ergo uer̄ dicit Petrus, q; nullū illis  
nocitū esse promisit, si boni æmulatores existat.  
Puto aut̄ q; non tam insani capit is sitis, ut in mani  
festo dicere audeatis, aut Petru aut Christum fuisse  
mentitū, aut cōtraria sibi inuicem eos dixisse. Scito-  
te quoniā uerba Petri, quæ induximus, ita intelligi  
mus, ut non promiserit seruis dei, q; bona æmulan-  
tur, quoniam nihil omnino molestiæ pati deberet  
in via iustitiæ. Nam & ipse cōtinuo post illa uerba  
subiecit: Sed & si quid patimini propter iustitiam,  
beati. Hic aut̄ in uerbis illis significare uoluit, quo-  
niam nemo eis ita nocitur<sup>9</sup> esset, ut ab eterna bea-  
titudine eos abstrahere posset. Certus quippe erat  
qm̄ neq; mors neq; uita, neq; gladius, neque famæ  
neque ulla aduersitas, nulla deniq; creatura ueros  
æmulatores boni separare posset à charitate Chri-  
sti. Neq; enim t̄ porales incōmoditates nocumen-  
tum esse, sed potius iuuamentū ad adipiscendū be-  
atitudinē electis dei esse arbitratus est. Sicut em̄ au-  
to nō nocet is q; illud in igne examinat, sed potius  
iuuat

Mat. 10.

Iohā. 16.

1. Petri.

Rom. 8.

## ADVERSUS CATHAROS

iuuat, ut magis resplendeat: ita fidelium persecutores dum eos tribulat, non eis nocent ut putant, sed potius eis cooperantur ut in beatitudine æterna resplendeant. Iuxta hæc ergo quæ nunc dicta sunt, considerate & illud, quoniam impius ab impietate cōuerso non nocebit impietas sua, & non faciet nos deuiare sermo ille à uia ueritatis. Aliud quoque

Eccles. II ex Ecclesiaste cōtra nos inducitis, quod tale est: Si ceciderit lignum ad austrum, aut ad aquilonem, in quocūque loco ceciderit, ibi erit. Quod similiter in partē erroris uestrī inclinatis, dicentes ita intelligi debe re: Aīa de corpore migrans, si declinauerit ad quietem, ibi perpetuo erit: si ad pœnam, ibi quoque perpetuo erit. Dico aute, quia si nihil aliud quā hoc quod dicitis, significare uoluit Ecclesiastes in uerbis illis, superflue interpositum est, in quocunque loco ceciderit. Nam ad significandam sententiam uestram suffecisset ei dixisse: Si ceciderit lignum ad austrum, siue ad aquilonem, ibi erit. Nunc autem attendite sermonem meum, & apparebit quā uim habeat, quod additum est: In quocunque loco ceciderit. Cōsiderate præcedentem literam, & inuenietis quod ad dandā eleemosynam hortat auditorem suū, di-

Ibidem. cens: Mitte panē tuū super transeuntes aquas, qa post multa trappa inuenies illū. & iter: Da partes se-

Ibidem. ptē, necnon & octo, qa ignoras quid futurus sit ma li super terram. Et in sequentibus ad perseverantia boni operis hortat dicens: Mane semina semen tuum, & uespere nō cesset manus tua. Quibus cōgrue illud interponit dicens: Si ceciderit lignū ad austrum, siue ad aquilonem, in quocunque loco ceciderit, ibi erit; ac si dicat: Diligenter insiste dum uiuis augere  
m er

Ibid.

## S E R M O      IX.

merita tua , eleemosynis & bonis operibus . Quia post mortē , siue deuenerit homo in eum statū qui pertinet ad eos , qui saluandi sunt , quod est cadere ad Austrę : siue deuenerit ad eum statū , qui pertinet ad damnandos , quod est cadere ad Aquilonem : In quocunq; loco ceciderit , id est , in quocunq; gradu meritorę tunc fuerit quando cadet , siue sint bona siue mala , ibi erit , id est , inde neq; ascendet promerendo meliora , neq; descendet promerendo peiora . Extunc enim neq; bono , neq; reprobo locus dabitur promerendi bona uel mala : sed de cætero tēpus erit suscipiendi retributiones bonas , uel malas . Dupliciter aut̄ cadit lignū ad Austrum : siue quando statim post mortē vir iustus in beatitudine collocatur , quod tantum est perfectissimorę , qui cum deo mundū iudicabunt : siue quando in eam uiam incidit per quā transire habent quidā saluandorū , quibus per purgatorias pœnas eundū est ad refrigerium , uidelicet hi qui iudicandi erunt ad uitam : Similiter ad Aquilonē dupliciter cadūt mali , cum uel statim post mortē ad summa supplicia rapiuntur , ut hi de qualibus dicitur , q̄ iā iudicati sunt , uidelicet infideles , & summe mali : uel illis pœnis traduntur in quibus usq; ad nouissimū iudiciū reservandi sunt , ut illi reprobī , qui iudicāti sunt ad mortē . Est aut̄ frequens hic modus loquendi in scriptura sacra , ut Auster vocetur cœlestis beatitudo propter diuinā claritatē quæ est in ipsa . Aquilo aut̄ māfio reproborum tenebrosa & operta mortis caligine . Aliud quoq; capitulū simile ei , quod nūc tractatū est , quasi ex persona dñi dictū nobis obiicitis , qd huiusmodi est : Vbi te inuenero , ibi te iudicabo .

F      Quod

## ADVERSUS CATHAROS

Quod & ita dictū arbitramini, ac si diceret: In fine  
tuo cum à te repetam animā tuam, in quali uita te  
inuenero, in tali te statim iudicabo, uel ad perpe-  
tuā requiem, uel ad æternā dānationē. Nos uero ali-  
ter ista discernimus: breuiter cōprehensum est in  
his uerbis q̄ diffusissus per Ezechielē loquit̄ dicens:  
**Ezecl. 33.** Cū auerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniqui-  
tatē in iniustitia sua quā operatus est, morietur: &  
cum auerterit se impius ab impietate sua quā ope-  
ratus est, & fecerit iudiciū & iustitiam, ipse animā  
suam uivificabit, uita uiuet, & non morietur, sub-  
auditur morte eterna. Totius huius capituli breuis  
sententia est illud: Vbi te inuenero, ibi te iudicabo:  
siue qualem te inuenero, quod idē est, talē te iu-  
dicabo, hoc est dicere: Si inuenero te auersum ab  
iniustitia & conuersum ad iustitiam, non est despe-  
randū tibi propter retroacta mala, quia ibi, id est,  
in eo statu conuerzionis tuæ te iudicabo, id est, di-  
scernā ab eis qui dānandi sunt. Si uero inuenero te  
auersum à iustitia, nō est confidendū tibi in retroac-  
ta iustitia, q̄a ibi, id est, in eo statu te iudicabo, id  
est, discernā ab eis qui saluandi sunt. Discernit autē  
deus bonos à malis, cum uel statim post mortē ad  
beatitudinē eos inducit, uel in ea purgatione eos  
locat, in qua ad futurā gloriam eos aptificat. Est au-  
tem ex abundanti quod uobis respōdemus, ad ea  
testimonia, quæ ex ueteri scriptura inducitis, ad  
cōfirmandum errorē uestrū, quem de animabus  
mortuorum habetis. Nam si fatemini, q̄ necessa-  
rio fateri debetis, uidelicet q̄ animæ antiquor̄, q̄  
ante tempus gratiæ extiterunt usq; ad tempus re-  
demptionis, ab initio tu regni cœlestis dilatæ sunt,  
contrarij

## S E R M O IX.

cōtrarij estis uobis metip̄sis, q̄ antiquor̄ patrū scri-  
 pta hoc attestari estimatis, qđ quęlibet anima, cū  
 à corpore migrat, statim uel ad æternā beatitudi-  
 nem trāseat, uel ad æternam dānationem. Nam ea  
 testimonia, quæ ab illis assumitis, nō solū pertinēt  
 ad hoīes temporiū istorū, sed ad homines antiquæ  
 legis, sub qua adhuc clausus erat introitus regni  
 cœlorum. Non aut̄ me latet q̄ ex nouo quoq; testa-  
 mento errorē uestrū confirmatis, obijcentes nobis  
 euangelicum illū sermonē, quem locutus est salua-  
 tor dicens: Amen dico uobis, quia qui uerbū meū  
 audit, & credit ei qui misit me, habet uitā eternā,  
 & in iudiciū nō ueniet, sed trāsibit à morte in uitā.  
 In his uerbis dicitis promittere saluatorē omni cre-  
 denti in deū, q̄ mox post mortē corporis transibit  
 quisq; ad uitā æternā, ita ut non ad aliud iudiciū ue-  
 niat post mortem, q̄ quod in ipsa morte experitur,  
 atq; indubitanter hoc dñm significasse uultis hoc  
 sermone, q̄ nullæ fint poenæ in quibus animę fide-  
 lium post mortē iudiciū dei sustineāt. Animalibus  
 immundis quæ non ruminant quidē & ungulā nō  
 findūt, cōparari iure debetis, qui in ore qdē uerfatis  
 doctrinā dei, & nullā rectæ intelligētæ in ea discre-  
 tionē habetis: Ideoq; uerba uitæ non sunt uobis ad  
 uitam, sed ad mortē. Cæci fuerūt doctores uestri,  
 & cæcor̄ duces facti sunt, & in foueam mendacij  
 & perditionis secū cadere uos fecerūt. Audite ergo  
 rebelles & increduli, quō rectius animaduertere  
 possitis uerba dñi, quæ peruertere nitimini: q̄a n̄ si  
 aliter exponant, q̄ uos ea intelligatis, cōtraria sunt  
 alijs sacre scripture ȳbis, q̄ in suo loco inducemus:  
 Amē dico uobis iqt, q̄a q̄ ȳbū meū audit, & credit

Ioan. §

F 2 ci qui

## ADVERSUS CATHAROS

ei qui misit me, uidelicet deo patri. Siquidem audi-  
re uerbum dei & non credere, inutile est: Hic inq̄ ha-  
bet uitā æternā. Habent sancti qui cum deo regnāt  
uitā æternā, ita q̄ eius beatitudine iam perfruunt̄.  
Habent & fideles in hoc mundo positi uitam æter-  
nā, non ut rem, qua iam secundū desideriū suū per-  
fruantur, sed ut rem, quæ illis certissime præparata  
& cōseruata est à deo, & danda in tempore suo, & in  
iudicium non ueniet, sed transiet à morte ad uitā.

Iudiciū

Cor. ii

Ibidem

Ioan. 5

significat em̄ flagellationē,  
qua hoīes flagellant̄ à dño: significat ultimā discri-  
minationem bonor̄ & malor̄, quæ fiet in nouissi-  
mo die: significat etiā dānationem, quæ specialiter  
ad reprobos pertinet. Qz aut̄ afflictionē significet,  
ex eo intelligi potest, quod Aplūs ait: Dum iudica-  
mur aut̄, à domino corripimur, id est, dum flagella-  
mur à dño corripimur, ut non cū hoc mundo dāne-  
mur. Quę aut̄ sint ista flagella determinat ubi ait:  
Ideo inter uos multi infirmi & imbecilles, & dor-  
mitunt multi. Quòd si secundū hanc significationē  
dicitis accipendū iudicij nomē, cū dicir̄, quod qui  
credit non ueniet in iudiciū, nō potest stare sermo:  
quia & credentes flagellant̄ s̄epe à domino, sicut  
non credētes: Flagellat em̄ deus omnē filiū quem  
recipit. At si dicitis, ita debere accipi, q̄ credētes nō  
sint uenturi post mortē ad aliam castigationē, pre-  
ter eam, quā in ista uita patiuntur, iniuriā facitis li-  
teræ, quæ hoc non dicit, sed simpliciter dicit, q̄ qui  
credit, in iudiciū non ueniet. Ultimā uero discrimi-  
nationē bonor̄ & malor̄ significat nomē iudicij.  
ubi saluator de seipso dicit: Et potestatē dedit ei iu-  
dicium

S E R M O N I X.

diciū facere, quia filius hominis est. Secundū hanc  
quoq; significationē nō potest accipi hoc loco, qā  
tā boni q̄ mali, ad iudicium uenient secundū illud:  
Omnes nos oportet manifestari ante tribunal dei, 2.Cor.5  
ut referat unusquisq; propria corporis prout gessit  
in corpore siue bonū siue malū. Significat autem  
dānationē iudicij nomen, ut statim in sequentibus  
cū dicit. Qui uero mala egerunt in resurrectionē iu Ioan.5  
dicij. Et in Apostolo ubi ait: Qui manducat corpus 1.Cor.11  
domini indigne, iudiciū sibi manducat & babit, nō  
dījudicans corpus domini. Hoc aut̄ modo indubi-  
tater accipi debet iudiciū in præsentī sermone ubi  
à domino dicitur: Qui audit uerbū meū & credit ei  
qui misit me, habet uitam eternam & in iudicium  
nō ueniet, id est, in damnationē. Sequitur: Sed tran-  
siet à morte in uitam, ab ea uidelicet morte, quę ei  
dānationis causa extiterat, & per quā ad perditio-  
nē transiisset, si in ipsa permanisset. Quæ nam fuit  
mors illa; sine dubio mors animæ, quā in ea effe-  
rat infidelitas, in qualī morte extiterant illi de qui-  
bus Petrus in epistola ait: Propter qđ mortuis euā-  
gelizatū est. Similiter & illi quibus Paulus scripsit  
dicens: Conspulti estis cū Christo in baptismo in  
quo resurrexisti per fidē operationis dei, qui susci-  
tauit illū à mortuis, & uos cū essetis mortui in deli-  
ctis conuiuiscauit cū illo, donans uobis omnia de-  
licta. Palam ergo est, qm̄ per fidē transiſt ad uitā, ut  
nō ad iudiciū, id est, dānationem ueniatur. Id autē  
duobus modis fit: uno em̄ modo quisq; ad uitā ani-  
mæ per fidem à morte transit, quando qui infidelis  
fuerat, per fidem iustificat in anima: ad hunc enim  
pertinet sermo quo dicitur: Iustus cū ex fide uiuit. Abac.1

F 3 Hanc

## ADVERSUS CATHAROS

Hanc uero uitā in tēpore huius mortalitatis electi  
dei adipiscunt̄. Alio aut̄ mō per fidē ad uitā electis  
transeundū est, quādo propter meritū fidei, & eaq;  
uirtutū, quæ ex fide originē habēt, uita æterna eis  
pariter in corpore & in anima tribuenda est, quod  
erit in die nouissimæ resurrectionis, cum ab omni  
potestate mortis liberabunt̄, & ad beatam immor  
talitatē transferent̄. Hos aut̄ duos modos transeun  
di à morte ad uitam in electis suis futuros dñs de  
monstrauit, continuo post uerba de quibus nunc  
tractatū est. Primū em̄ modū transeundi ad uitam,  
pronūtiauit cū dixit: Amē dico uobis, q̄a ueniet hora  
& nūc est, quando mortui audient uocē filij dei, &  
qui audierint, uiuēt. Secundū uero modū transeun  
di ad uitā, pronūtiauit, cū postea subdidit dicens:  
Nolite mirari hoc, quia oēs q̄ in monumētis sunt,  
audient uocē eius, & procedent qui bona fecerūt  
in resurrectionē uitæ: qui uero mala egerunt, in re  
surrectionē iudicij. Iam si quid incorruptæ intelli  
gētiæ est uobis, satis dire cte me ad ueritatem uos  
duxisse percipitis. Qd̄ si sine intellectu estis, frustra  
afinis canit lyra. Vnam adhuc obiectionē uestrā  
in mediū adducam, qua nobis obuiare soletis. Scri  
ptū est: Qm̄ unusquisq; propriā mercedē accipiet  
secundū suum labore. Item: Unusquisq; onus suum  
portabit. Item: Vnūquenḡ secundū uias suas iudi  
cabo, dicit dñs: hoc est, unicuiq; retribuam secundū  
opera sua bona uel mala. Ex his ergo sumitis occa  
sionē, ut dicatis non posse fieri, q̄ per bona opera  
uiuore adiuuentur animæ defunctor̄, ut à peccatis  
suis liberentur, & ad requiem transferant̄. Dicitis  
em̄ q̄ si deus illis miserebit̄ propter bona opera, quæ  
alij

Ioan. 5

I.Cor. 3  
Gal. 6  
Ezec. 7

## S E R M O      IX.

alij pro alijs fecerunt, tunc eis non retribuif secun-  
 dū opa sua, sed secundū opa aliorū, & non ipsi onus  
 suū portat, id est, pœnā quā ipsi meruerūt peccatis  
 suis, si pro laboribus aliorū ab oneribus suis liberā-  
 tur. Ad hæc ita respondemus: Si fideles pro defun-  
 ctis suis orant, iejunant, eleemosynas largiunt, mis-  
 sas celebrant, aut celebrari faciunt, bona opera ope-  
 rantur, & ipsi met in tempore suo mercedē pro istis  
 recipiēt secundū suū labore. Illi vero pro q̄bus ista  
 faciunt, si in criminalibus p̄ctis in uita sua fuerūt,  
 & de ipsis nec penituerūt, nec cōfessionē suā facere  
 curauerunt, nihil illis bona opera hic prodesse po-  
 terunt ad salutē: Si vero in peccata aliqua lapsi fue-  
 runt in uita sua, & de his ante finē pœnituerūt, & in  
 fide catholica de hoc seculo migrauerunt, & mor-  
 te præuenti, non poterunt omnem satisfactionem  
 implere, quam pro peccatis suis debebāt, dicimus  
 Quia onus suum portabunt, id est, pœnā pro pecca-  
 tis suis sustinebunt q̄diu permiserit deus: Pro pœni-  
 tentia aut̄ sua, quā in fine habuerūt, & pro fide ca-  
 tholica in qua usq; ad mortē permanserunt, ac pro  
 cæteris bonis, quæ in hac uita fecerunt, hanc mer-  
 cedē recipiēt, ut eis detur uita eterna, in nouissimo  
 die, & in anima & in corpore. Plurimi vero istorū  
 etiam hoc in mercede recipient, ut ante nouissimū  
 diem liberetur à pœnis suis per bona opera uiuen-  
 tium fideliū, quæ supra memorata sunt: alij quidē  
 citius, alij aut̄ tardius, secundū q̄ merita eorū maio-  
 ra uel minora fuerunt in hoc mundo. De his itaq;  
 uere dicere possumus utrūq; & q̄ onus suū porta-  
 bunt, quia sustinent pœnā pro peccatis suis scđm  
 tēpus qđ constituit illis deus: & quod ipsis retribui-

## ADVERSVS CATHAROS.

tur secundū bona opera ipsorum, quibus meruerunt ut possit eis subueniri ab ecclesia dei. Possibile quidē esset deo sine alicuius interuentu quorūlibet hominum animas liberare à pœnis suis. Vult aut̄ hoc ordine eas liberari, ut à uiuis ei seruat̄ pro eis, quatenus in hoc ipso magis cōmoneantur uiui deū revereri, & offensam eius cauere, pariterq; augeant̄ & merita eorum per opera pietatis quæ faciunt pro dilectione proximorum. In nullo ergo nobis contrariae sunt scripturæ quæ supra memoratæ sunt, sed potius nobiscū sunt. Si uerba diuina uobis ô insulsi sapientes cum diligent consideratione decoxisserint hi, qua ea tam cruda in ore uestro posuerunt, magis salubriter uos pauiſſent, & non tāta uentosi tate superbiæ corda uestra inaniter distendissent. Evidē obiectiōibus uestris quibus maxime fidelis, satis ut æstimo, responsum est, & complosæ sunt quasi uesicæ turgentes, & nihil inuentū est ueritatis in eis. Nunc aut̄ inquiramus scripturas, quæ nobiscū sunt pro parte ueritatis: Ad cuius defensio nē accincti sumus, & ut à Paulo incipiamus, intuea  
1. Cor. 13 mur primū uerba quæ ad Corinth. scripsit dicens: Si q̄s aut̄ edificat sup̄ fundamentū hoc, aurum, argentum, lapides pretiosos, lignum, scenum, stipulam, uniuscuiusq; opus manifestū erit: dies enim domini declarabit, & uniuscuiusq; opus quale sit, ignis probabit. Si cuius opus arserit detrimentū patietur: ipse aut̄ saluus erit, sic tamen quasi per ignem. Non propter nostros quidem, quibus sanctoꝝ nota sunt scripta patrum, sed uestri erroris occasione, necesse est nunc me sermonis huius sensum aperire, fundamētum spiritualis aedificij qd intus in anima cōstruimus, fi des

## SERMO IX.

des Christi est, quam qui uere habet, Christum in  
mente gerit, qui est initium & consummatio ois bo-  
ni in electis suis: ideoq; & ipse fundamētum uoca-  
tur. Fundamentum nostrū dicit fides, qā à fide bo-  
nam uitam inchoamus. Nā si nō sit in nobis recta  
fides, nihil in nobis poteſt deo placitū esse, quicqd  
faciamus bonum ſive malū. Ex quo autē in nobis  
effe coepert fides, placere incipimus deo, iamq; ſe-  
cure poſſumus operari bona opera, qā de cætero  
mercedē ſuā accipient. Lapidē pretiosos ſup fun-  
damentū ædificamus, qñ hoc fidei recte adiçim⁹ p̄tiosi.  
ut bonis moribus ſimus ornati, uidelicet humilita-  
te, patientia, temperantia, iuſtitia, misericordia, &  
cæteris huiusmodi moribus, quos uirtutes animi  
uocamus: quotiescumq; etiam opera facimus, que  
ex huiusmodi uirtutibus procedūt, lapides pretio-  
ſos fundamento ſuperædificamus, lapidibus autē  
pretiosis talia digne comparant: qā ſicut lapides  
pretiosi, aurū, & alias res que in ſe pulchræ ſunt, or-  
nare ſolent, ita uirtutes & bona opera decorē ma-  
gnū preſtant aīg rationali, que ſecundū deū for-  
mata eſt, & eſt pretiosior omni auro. Decor autē  
iſte nō poteſt in anima diſſolui, etiam ſi in ignem  
purgatorium pro aliquibus leuioribus culpis fue-  
rit miſſa: ſicut & lapides pretiosi liqueſieri nō poſ-  
ſunt ſi in ignem mittan̄. Argentū quoq; fundamē-  
to ſuperædificat, quibus hoc ſtudiū eſt, ut diuinās  
ſcripturas intelligant, & ſermonibus ſapienſiæ ali-  
os instruant. Argeto aīt qđ habet dulcem & acu-  
tam ſonoritatē comparari ſolet ſcriptura ſacra, ut  
ibi: Eloquia dñi eloquia caſta, argentū igne exami-  
natū. Quid enim dulcius ſonat qđ ſacra ſcriptura, in

Funda-  
mentū,

Lapides  
ptiosi.

Aurum

Argētū.

Pſal. 17

## ADVERSVS CATHAROS

qua uitę æternę gaudia p̄mittunt. Quid acutius  
diuino sermone, qui est penetrabilior omni gladio  
ancipi, & ptingente usq ad diuisionē aīg & spūs.  
Item & aut̄ in edificio suo collocat, q tam pfecte  
cōtemplationi cor suū tradit, ut possit iugiter de deo  
meditari, & trahere de occultis sapientiā, qua gustā  
tursuauitas eius, ipsum t̄p sine intermissione orare,  
ipm incessabili charitatis ardore circuire. Talis con-  
templatio recte auro comparat, qd cunctis virtus  
tibus excellentior est, sicut ceteris metallis pretio-  
sius est aurum, est t̄p effectrix operum summæ p̄f-  
ectionis, quæ & ipsa quasi aurum sunt in ædificio  
animæ cōparata cæteris operibus bonis: Facit em̄  
abstinere propter deum etiam ab his quoq; usus li-  
citus est: facit contemnere mundū & oēm gloriā  
eius, castitatem immaculatā custodire, aīam pro-  
deo & fratribus ponere, ac cætera huiusmodi. Li-  
gna uero, fœnū & stipulam super fundamentū suū  
coaceruant, q cū rectam fidē habeant, nimis occu-  
pant corda sua curis & cogitationibus, quæ perti-  
nent in hūc mundū: quiq; maiorē q̄ oportet amo-  
rem habent ad ea, quæ prohibita ipsis non sunt, ue-  
lut uxores, filios & filias, seculares amicos, domos  
& possessiones, & dignitates & huiusmodi. Hi in-  
quam in anima sua ædificare dicunt super funda-  
mentum ligna, fœnum & stipulā, qd talibus rebus  
mentē occupant, quæ cremabiles sunt, sicut ligna,  
fœnū & stipula. Nā hæc quæ dicta sunt, obscuram  
& grauē faciunt aīam, ne possit libere cogitare ea  
quæ dei sunt, ipsum t̄p amare sicut oportet: sed oīa  
ista obscuritas & grauitas in purgatorio igne exu-  
renda est, ita ut ipsum fundamentum nihil destru-  
ctio

## SERMO IX.

Cetionis patiatur, si tamē inter hæc omnia præ cū-  
 etis rebus habeat deus, ita ut si necesse sit, potius  
 ista relinquantur q̄ deus abnegetur. Coaceruant  
 etiam in ala sua res cremabiles, q̄ se non custodiūe  
 à leuioribus culpis, uelut est otiosus sermo, risus &  
 ioci, ira, uana lætitia, excessus in cibo & potu, qui  
 non est frequens nimis, & huiusmodi quotidiana  
 peccata, quæ capitalia non dicuntur. Hi inquam li-  
 gna, foenum, stipulam, aggregant super fundamē-  
 tum suum, & hæc quoq; excoquēda sunt per ignē.  
 De leuioribus dixi peccatis: nam criminalia pecca-  
 ta si admissa fuerint, nō potest dici, q̄ super funda-  
 mentū aliquo modo collocentur. Sigdem ipsa de-  
 struunt fundamentum & fidem, quia enecant eā,  
 & pro his dicitur mortua fides. At si pro his poenā  
 tuerit homo, & non satisfecerit deo pro his in hac  
 uita, reputabuntur quasi illa quæ comparata sunt  
 ligno, foeno & stipule, & annihilabuntur per ignē  
 in die domini, sicut & leuiora quæ prædicta sunt.  
 Dies hominis dicitur tempus istud, in quo unicui-  
 q; homini permittit deus facere secundū arbitriū su-  
 um quod uult, & quo potest promereri bona siue  
 mala scđm opa sua. Dies autē dñi, tempus illud qđ in  
 stat unicuiq; quando separatur à corpore alia eius,  
 & de cetero nō pōt incedere scđm arbitriū suū, sed  
 scđm iudiciū dei ducit uel ad requiē uel ad poenā,  
 ad accipiendam mercedē quā promeruit, siuntq;  
 manifesta, quę prius in eo erant occulta, siue bona  
 siue mala. Vnde & dicitur: Vniuersiūsq; opus ma-  
 nifestū erit: Dies enim domini declarabit, & unius  
 cuiusq; opus quale sit ignis probabit. Ignis autem ignis.  
 dicitur poenaltas illa, quam ad hoc deus ordina-  
 uit

1. Cor. 3.

uit

## ADVERSVS CATHAROS

vit ut in ea affligantur, & purgetur electorum aīæ  
à maculis quas in hac uita contraxerunt. Quæ nul-  
lum quidem detrimentū inferre poterit edificatio-  
ni eoz, q fundamento superaedificauerunt aurū &  
argentum, & lapides pretiosos, etiam si per medi-  
um illius eis trāfīre cōtingat. Propter hos ergo ait:  
Si cuius opus manserit qd superaedificauit, merce-  
dem accipiet, eā uidelicet, quā sua superaedificati-  
one promeruit. Propter eos autē q superaedificaue-  
runt ligna, fœnū, stipulam, dicit: Si cuius opus arse-  
rit, detrimentum patietur, ita uidelicet, quod nul-  
lū pro sua ædificatione præmiū habebit, imo ama-  
rā afflictionem: ipse autē saluus erit, sic tamen quasi  
per ignem, id est, non aliter nisi per examinationē  
ignis. Diuersis at noībus ligni, & fœni, & stipule des-  
gnauit ea, quæ in quolibet exurenda sunt propter  
diversitatē ipsorum, secundū quā qdam diutius alijs  
ignem sustinebūt, uelut lignū diutius fœno ardet,  
fœnū diutius stipula. Est autē ignis iste idē qd psal-  
mista irā appellat cū dicit: Dñe ne i furore tuo argu-  
as me, neque in ira tua corripias me, uel emendas  
me, ut habet alia translatio. In furore arguentur, &  
**Ira.**  
**Psal. 6**  
**Mat. 25**  
non emendabunt, quibus dicet: Ite maledicti in ignē  
æternū. In ira autē corripient & emendabuntur, q  
per ignem salui erunt. Vt trunqautē formidans de-  
precatur dicens: Dñe ne in furore tuo arguas me, ac  
si diceret: Nō sum inter eos, quibus dicturus es: Ite  
maledicti in ignem æternum: néq; in ira tua emen-  
des me, sed in hac uita me ure & seca, & talem me  
reddē cui emendatorius ignis necessarius non sit.  
Iste ignis est o Cathari, quem Iohannes Baptista si-  
gnificauit, quando de dño salvatore prædicabat  
dicens

## SERMO IX.

Dicens: Ille uos baptizabit in spūsancto & igne. Nā  
 in hac uita baptizat in spūsancto, quando in bapti-  
 smo foris qdem per intusibiles ministros baptizat  
 nos in aqua, intus aut̄ aias nostras propria opera-  
 tione baptizat in spūsancto, donans nobis remissi-  
 onem omniū peccatorū. In igne aut̄ nos baptizat,  
 quando post hanc uitā in purgatorijs pœnis aias  
 nostras purificat à maculis pectorum, quas in habi-  
 taculo corruptibilis corporis contraxerunt: quia  
 nihil in illa sua purissima ciuitate recipere uult, qd  
 nō sit ab omni forde defecatū. Possimus & ex uer-  
 bis dñi testimonium sumere ad confirmationē sen-  
 tētiæ, de qua nūc sermo nobis est. Legimus in euā  
 gelio, qm̄ ad pharisæos blasphemantes opera eius  
 inter cetera dicebat sic: Qui dixerit uerbum contra Mat. 12  
 spūsanctū, non remittet ei, neq; in hoc seculo, neq;  
 in futuro. Quale sit illud peccatum, quo dicitur  
 peccare quis in spūsanctū, non me determinare  
 hoc loco necesse est, quia ad præsens negotiū non  
 pertinet hoc. Id uero præsentis negotiū est, ut consi-  
 deremus hoc qd aliquod peccatum esse insinuat,  
 qd non remittet neq; in hoc seculo, neq; in futuro.  
 Si uerus est sermo, nulli aliquod peccatum in futu-  
 ro seculo contingit remitti: Nam sicut dicitis, que-  
 libet aia, mox cum de præsenti seculo migrauerit,  
 aut in æterna beatitudine constituitur, quo nemo  
 cum peccati macula accedet, & ubi nemo pecca-  
 ti maculam contrahit: aut æternis pœnis deputat,  
 ubi nulla remissio, nulla misericordiæ exhibitio ē.  
 Ergo superflue à saluatorे talis distinctio facta est  
 ut diceret peccatum illud, quod est in spūsanctū,  
 non remitti neq; in hoc seculo, neq; in futuro. Nam  
 si nullus

## ADVERSUS CATHAROS

Si nullū in futuro seculo peccatū remitteretur, nō tam spāliter de illo p̄ctō dixisset, quod neq; in hoc seculo, ne q; in futuro remittetur, sed suffecisset sim pliciter dixisse, qm̄ non remittetur ei. Sicut autē nefas est dicere, aliquam falsitatem in uerbis saluatoris inueniri, ita pculdubio nefas est dicere, aliquā in eis esse superfluitatem, aut inutilitatem. Scriptū quippe est de eo in psalmo: Et folium eius non deflueret, & omnia quæcumq; faciet prosperabuntur. Deflueret autem folium eius, si in uerbis eius aliqd superflueret: & non prosperarentur quæcūq; fecit, si aliqd sine utilitate dixisset. Ergo necessario concedendum est, quoniā in futuro seculo aliqua peccatorum remissio fit: quām q; non possum⁹ dicere exhiberi eis, q; æternaliter dānati sunt, neq; eis q; saluati sunt, necesse est ut dicamus alibus remitti peccata in alio seculo, q; neq; sint in æterna dānatione, neq; in æterna beatitudine collocati. Nulli autem medi⁹ sunt inter æternam beatitudinem, & inter æternam damnationem, nisi illi de quibus dicimus, quod in purgatorijs pœnis sint. Videte nunc quali modo eis peccata remitti dicamus. Remittit deus peccatori homini peccata duobus modis, in hac uita uidelicet, duritiam cordis eius per interiorem gratiam ad conuersionem emolliendo, & cōuersum ad se à debito gehēnalis pœnæ, quæ ei pro peccatis debebatur, absolutum faciendo. Quibus autem in hac uita his modis peccata remittit, si ita transeuntde hac uita, quod de peccatis suis nō ad plenum satisfaciunt deo, permittit eos ad tempus puniri in qbusdam pœnis, quas constituit ad hoc, ut electi sui in his purificantur. Quando autem eis illas

## SERMO IX.

illas poenas remittit, & eos ad refrigerium educit,  
 tunc eis peccata remittere dicit: quia & poenæ pec-  
 catorum peccata uocantur, secundum illud apo-  
 stoli: Christus peccata nostra pertulit in corpore 1. Pet. 2.  
 suo super lignum. Nō autem aliter peccata nostra  
 ipse portauit, nisi quod poenas, quæ nobis debebā-  
 tur pro reatibus nostris, ipse sustinuit. Vnum ad-  
 huc satis euidentis testimonium ad confirmationē  
 partis nostræ inducere possumus, ex historia Ma-  
 chabœorum, cuius talis est autoritas in ecclesia, ut  
 publice in diuino seruitio lectetur. Scriptū est in 2. Ma. 12  
 libro secundo eiusdem historiæ, quod Iuda Macha-  
 bæo dimicante aduersus Gorgiam præpositū Idu-  
 mææ, contigit paucos Iudeos ruere. fugato autē  
 Gorgia, per dei auxiliū Iudas collecto exercitu ue-  
 nit in ciuitatem Odolla, & cum septimus dies sup-  
 ueniret, secundum consuetudinem in eodem loco  
 sabbathum egerunt, & sequenti die uenit Iudas cū  
 suis, ut corpora prostratorum tolleret ac sepeliret.  
 Inuenerūt autem sub tuticis interfectorum de do-  
 narijs idolorum, quæ apud Iamniam fuerūt, à qui-  
 bus lex prohibebat Iudeos. Omnibus ergo mani-  
 festum factum est, ob hanc causam eos corruisse:  
 atque ita ad preces conuersi, rogauerunt deum, ut  
 id delictum obliuionī traderetur. Post hæc prose-  
 quirut scriptura ita dicens: Et facta collatione Iu- ibidem  
 da duodecim milia dragmas argenti misit Hiero-  
 polymam, offerri ea pro peccatis mortuorum iu-  
 ste & religiose de resurrectione cogitans, & cæte-  
 ra. Et ad ultimum ita conclusit dicens: Sancta ergo  
 & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, ut  
 a peccatis soluantur,

Quid

## ADVERSUS CATHAROS.

Quid nunc ad hæc dicitis ò Piphles? Euangelica scriptura ut auditis, p nobis est, & quis cōtra nos? Apostolica scriptura in defensiōe nostræ partis ē, & quis est qui condemnet nos? Exemplū Machabæi dominici bellatoris in acie nostra est, & quis dimicabit aduersus nos? Adhuc pauca de præsentī negotio habeo conferre uobiscum. Si præoccupatus fuerit homo grauioribus peccatis, & conuersus fuerit ab iniuitate sua, & poenituerit ex corde de perpetratis malis, nunquid indigeret, ut præter illam interiorem poenitētiā cordis, aliquam exteriorem satisfactionem de peccatis suis deo exhibeat, uidelicet eleemosynas dando, iejunando, & aliis modis corpus suum propter deum affligendo? Si ita est, ut per quosdā comperi, quibus noti erant sermones uestrī, dicitis quia postq̄ ex corde poenituerit homo de peccatis suis, & cessauerit ab iniuitate, non opus est ei illa exteriore satisfactione, de qua dixi: eo q̄ iā omne peccatū ei sit remissum in poenitentia cordis. Sed hoc non ita esse euidentibus scripture sancte testimonijs declarat: Dicit em̄ Iohel. 2. dñs per prophetam Iohel. Conuertimini ad me in toto corde uestro, in iejunio & fletu & planctu, & scindite corda uestra, & non uestimenta uestra. Ecce euidenter præter interiorem cōuersionem cordis, exteriorem quoq; satisfactionem exposcit. Iohannes quoq; Bap. ut in euangelio legimus, ad utrūq; hortatus est dicens: Poenitentiam agite. Et post pauca subiungit: Facite ergo fructus dignos poenitentiæ. Fructus aut̄ poenitentiæ sunt opera bona, q̄ bus deus placatur pro peccatis, & uariæ castigatiōnes carnis. Quæ qualē affectum habeant ad plācandum

## S E R M O IX.

eandū deū patet ex historia, quę narrat pœnitētiā  
 Niniuitarę, et ex scriptura q̄ dicit, quō Achab rex  
 Israēl cum argueretur per Heliam de occidente Na  
 both, sc̄dit uestē suam, & operuit cilicio carnem  
 suā, iejunauit q̄ & dormiuit in sacco, & ambulauit  
 demissio capite. Factus q̄ est sermo dñi ad Heliam da  
 cēs: Nōne uidisti humiliatū Achab corā me? Quia  
 igit̄ humiliatus est mei causa, non inducā malū in  
 diebus eius, sed in diebus filij eius inferā malū do  
 mut eius. Ex his ergo palā est, deum non solū inter  
 nā cordis cōpūctiōnē, sed etiā exteriorē satisfactiō  
 nē peccatis congruentē exigere, ea q̄ exhibita pla  
 cari, neglecta aut̄ ad vindictā cōmoueri. Si ergo cō  
 ceditis hoc ita esse, quid dicetis de illo qui in omni  
 genere criminū consenuit, & primū in ipso articu  
 lo mortis cōpungitur, & cōuertit ad iustitiā? Nun  
 quid debitor alicuius satisfactionis est deo pro pec  
 catis suis? utpote debitor quidē est: sed q̄a propter  
 breuitatē temporis nō potest eam implere, dimis  
 titur ei satisfactio simul cū peccatis, & statim post  
 mortē rapitur ad ēternam beatitudinē. Dicatis ita?  
 Bona est sententia ista, & ad multor̄ proficit cor  
 rectionē. Qualē correctionē? q̄ si hoc uerbū publi  
 ce coram uanis & prauis hominibus prædicet, dif  
 feret unusquisq; conuersionē suam quāto diuitius  
 poterit dicens apud se: faciam omnem uoluntatē  
 cordis mei, & in fine uitę mēę conuertar & pœni  
 tebo, & statim sine omni labore ad regnū cœlorū  
 transibo. Videlis' ne quomodo sentētia uestra, si cre  
 dita & recepta fuerit, occasio erit omnis uanitatis &  
 omnis prauitatis? Stultissimi hominū, quæ ratio,  
 aut quæ utilitas est in hoc sermone quem dicitis?

G omni no

Ion. 2. 3

3. Reg. 21

## ADVERSVS CATHAROS

omnino nulla, nisi ut singulariter uideri possitis sa-  
pientes prae alijs hoib⁹, si aliquid singulare dicatis  
quod non sit in opinione ceterorum. In nostro au-  
tem sermone quē de aīabus mortuor̄ diximus, in  
dubitāter fructus multus est, qm̄ multa opera mi-  
sericordiæ q̄tidie sūt in pauperes, quæ nullatenus  
sierēt, si nō hoc crederēt hoies, ut per talia possent  
adiuuare aīas charor̄ suor̄. Manifestū est itaq; p-  
oia necessarium esse purgatoriū illum ignem, de  
quo diximus, in quo aīe eoꝝ qui in hac uita non  
plenariam satisfactionem deo pro peccatis suis  
exhibuerunt, tam diu examinent, donec idoneq; fi-  
ant intromitti ad illā supernā ciuitatem dei, quę ni-  
hil recipit quod perfectum & plene examinatum  
non sit. Quid enim absurdius, quā ut credatur ani-  
mam à sentina turpitudinum recēter extractam,  
& earum memoria adhuc quodammodo foeten-  
tem, in illud tam lypidissimum lumen tam re-  
pentē irrumpere, & purissimor̄ spirituum coetib⁹  
admisceri, ita ut sit uno eodem q̄ die, mane quidē  
in peccatorum turpissimo cōeno, & uespere, in an-  
gelorum purissimo cōelo? Nonne debuerat uel se-  
ptem dierum rubore suffundi pro multis crimino-  
sis excessibus, cum pro solo uerbo iurgij Maria so-  
ror Moysi lepra pessima correpta sit à domino, ac  
septem dieb⁹ sequestrata à castris filior̄ Israeli? Ex  
auro purissimo oīa uasa sanctuarij, quibus admi-  
nistrandum erat corruptibile sacrificium in deser-  
to, sieri iussa est. Quanto magis uasa quibus incor-  
ruptibilis gloria purissimæ diuinitatis seipsum di-  
gnabitur infundere, omnimoda examinatione an-  
tequam ad sancta sanctorūm inferantur, probata  
esse

esse conuenit De latrone mihi forsitan obiectis, quod  
 eadem die qua confessus est, in paradiſo fuerit cū  
 domino Iesu. Ad quod ita respōdemus: quia hoc ei  
 specialiter concessum est proptere alijs prenitentibus,  
 propter admirabilem fidei eius uirtutem, qua ho-  
 minem quem uidit non habentē speciem neque de-  
 corē, & quasi nouissimū virorū ignominiosę mor-  
 tis traditū, credere poruit deū esse dicens: Dñe me-  
 mento mei dū ueneris in regnum tuum. Quę fides  
 ut arbitror, coram diuino examine maioris meri-  
 ti habita est, quod multorū annorū gravis prenitentia.  
 Date iam gloriam deo, & accedite ad ueritatem,  
 qua expugnati estis: aut si nō acceditis, fugite par-  
 tes aduersae cum doctere uostro, qui ab initio mē-  
 dax est, & mendacijs pater.

Luc. 23.

Contra septimam hæresim de  
sacerdotio. Sermo X.

**A**ccedamus & ad illud discutiendū, quod dici-  
 tis ordinē sacerdotij defecisse apud nos, &  
 nusque inueniri ueros sacerdotes, nisi inter uos. Lo-  
 quor nūc pro nobis, quod in his quę ad Christianā re-  
 ligionem pertinēt, ad Romanam ecclesiam respe-  
 ctum habemus. Sacerdotalem ordinem nos acce-  
 pimus à Romana ecclesia. Romana autē ecclesia ab  
 apostolo Petro, Petrus à Christo, Christus à deo pa-  
 tre, quod unxit eū oleo latitiae, hoc est spiritu sancto proptere  
 participibus suis, & iurauit dicens ad eum: Tu es  
 sacerdos in æternū secundū ordinem Melchisedec.  
 Verus sacerdos erat dominis Iesu Christus, quis sacrosan-  
 tū corpus & sanguinē suū palam obtulit deo pa-  
 tri supra arā crucis, ut statueret pacem, & reconcilia-  
Psal. 104.

G a t i o n e m

## ADVERSUS CATHAROS

tionē inter ipsum, & genus humanū quod perditū fuerat. Si à donatione sacræ rei sacerdos dicit, nulli unq̄ meli cōpetebat hoc nomē, q̄ ei q̄ sacrū sacra tissimū, hoc est, seipsum dedit, ut saluaremur per ipsum. Ipse etiam inuisibiliter dedit corpus & sanguinē suū, quando coram discipulis panem & uinū in cœna benedixit benedictione coelesti, & fecit sua admirabili potestate, ut sub specie eiusdem panis & uini sumerent de manibus ipsius corpus & sanguinē eius. Ipse quoq; sicut pollicitus est, cū ecclesia sua est usq; ad consummationē seculi, & quotidie inuisibiliter offert per manus ecclesiæ deo patrī pro salute mūdi corpus & sanguinē suū sub specie panis & uini. Propterea dictus est sacerdos secundum ordinē Melchisedech, qui erat rex Salem & sacerdos dei suum, & oblationē fecit deo ex pane & uino. Dñs Iesus Christus discipulos suos fecit ueros sacerdotes, in eo q̄ unxit eos spiritu sancto, & dedit eis potestatē prædicandi uerbū diuinū, & baptizandi, cū dixit: Euntes docete omnes gentes, baptizātes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti, eloquentes eos seruare omnia quæcunq; mādaui uobis. Dedit eis potestatē ligandi atq; soluendi, cū dixit: Accipite spiritū sanctū, quoq; remiseritis peccata remittunt eis: & quoq; retinueritis, retenta erūt. Dedit eis potestatē consciēdi corpus & sanguinē suū sub specie panis & uini, quando dixit ad eos: Hoc est corpus meū quod pro uobis tradet: hoc facite in mēā cōmemorationē. Omnē deniq; potestatē, quæ ad sacerdotij officiū & ad episcopalē dignitatē spectat, ab ipso acceperunt. Eandē autē potestatē singuli successoribus reliquerūt in illis ter-

Mar. ul. ptiandi, cū dixit: Euntes docete omnes gentes, baptizātes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti, eloquentes eos seruare omnia quæcunq; mādaui uobis.

Ioan. 20 xit: Accipite spiritū sanctū, quoq; remiseritis peccata remittunt eis: & quoq; retinueritis, retenta erūt. Dedit eis potestatē consciēdi corpus & sanguinē suū sub specie panis & uini, quando dixit ad eos:

Luc. 22 Hoc est corpus meū quod pro uobis tradet: hoc facite in mēā cōmemorationē. Omnē deniq; potestatē, quæ ad sacerdotij officiū & ad episcopalē dignitatē spectat, ab ipso acceperunt. Eandē autē potestatē singuli successoribus reliquerūt in illis ter-

ris, &

## S E R M O N X.

ris, & in illis ecclesiis, quas eis dñs conuertendas &  
 gubernandas delegauit. Et ut nunc de alijs taceā,  
 beatus Petrus princeps apostolor̄ in Romana ur- Petrus  
 be presbyteros & episcopos ordinauit, & omnem  
 potestate que ad officia eorū pertinebat eis dedit,  
 sicut ipse à dño Iesu Christo acceperat. Et puto non  
 potestis contradicere, quin hoc facere posset. Bea-  
 tū uero Clementē discipulū suū, cum sciret sibi im-  
 minere terminū uitæ suæ, in loco suo ecclesiæ præ-  
 esse constituit, & eam potestate, quā ipse habuit in  
 principatu apostolatus eis tradidit. Ipsa aut̄ conse-  
 cratione, qua per beatū Petru Clemens ordinatus Clemens  
 est in presbytero & episcopū, ordinati sunt & à Cle-  
 mente alijs episcopi & presbyteri Romæ, & ipsa or-  
 dinatus est successor Clementis, ea & ille alios or-  
 dinauit episcopos & presbyteros, & ita à successo-  
 ribus ad successores per ordinē descēdit sacerdota-  
 le officiū, & episcopalē dignitas, usq; ad eum, qui  
 hodierna die summus pontifex ecclesiæ est. Si nūc  
 dicitis quod sacerdotalis ordo defecerit in Roma-  
 na ecclesia, oportet ut nobis hoc demōstretis, sub  
 quo papa acciderit iste defectus & quam ob cau-  
 sam acciderit. Quod si dicere nescitis, magnæ stu-  
 titiæ & temeritatis aīgui potestis, pro eo q; rem tā  
 magnā diffamare ausi estis, quam nō ueraciter cō-  
 peristis, sed tñ in opinione habetis. Dicitis forte:  
 Nescimus sub quo papa acciderit iste defectus, sed  
 hoc scimus, quod ex multis tēporibus om̄es qui di-  
 cebantur Romani pontifices & cardinales, semp  
 auari fuerūt & superbi, & multis ex causis indigni  
 sacerdotio Christi, & ex hoc certi sumus, qm̄ uerē  
 sacerdotium apud ipsos non est. Esto indigni:nt:

G 3 Nunquid

## ADVERSUS CATHAROS

Nunquid impossibile est ut aliquis sit indignus sacerdotio, & tamen uere sacerdotij ordinem habeat? Nequaquam hoc impossibile est. Scimus q̄ ipse quoniam sacerdotium, quod erat in ueteri lege, institutum erat à deo. Et quoniam Aaron & Eleazarus & Phinees primi sacerdotes dei uiri sancti, multos habuerūt successores in sacerdotio, qui non erant beneplaciti deo, & indigni sacerdotali dignitate, & tamen eos deus tolerauit in officijs suis, & ratā permisit esse benedictionem sacerdotalem in eis. Sacerdotes Iudæorum in aduentu saluatoris hypocritæ erant & auari, ac superbi, & uenditores & emptores spiritualium rerum, sicut ex uerbis dñi apparet, quibus sæpe eos reprehendebat, & tamē

Mat. 23. ipse de eis dicebat ad plebē: Super cathedrā Moy-si federūt scribæ & pharisæi: quæ dicūt facite, quæ aut faciunt, nolite facere. Ecce cum ipse noſſet uitia eorū ab intrinsecus, non tamen abducebat populi ab eis, sed honorē debitū sacerdotibus, & spiritualib⁹ magistris uoluit ab illis exhiberi. Item cū uenissent ad eum decem leprofi uolentes munda-ri ab eo, dicebat eis: Ite ostēdite uos sacerdotibus: & unū cum eſſet mundatus à lepra, ait: Vade oſten-de te ſacerdoti, & offer munus qđ p̄cepit Moy-ses in testimoniu illis: Ecce quō honorabat eos, qđ ſciebat eſſe iniquos. Quid queſo honorabat in eis? Non personas eorū, ſed officiū eorū, qđ sanctū erat & iſtitutū à deo. Quod certe ſi defecſſet in eis p̄pterea qđ eo erant indigni, non eos ſacerdotes appellaveret, neq̄ p̄cepifſet eis offerri munus, qđ ſacerdotibus dei erat diuino iure offerendum. Scriptum eſt de Caipha ſummo pontifice Iudæorum,

qui

qui erat unus ex præcipuis crucifixoribus Christi,  
qd cum collegissent pontifices & pharisæi concili  
um aduersus Iesum quomodo eū pderent, dicebat:  
Expedit uobis ut unus moriatur pro populo, ne tota Iohā. II.  
gens pereat. Quibus uerbis euangelista ita sub  
iungens ait: Hoc aut̄ non à semetipso dicebat, sed  
cum esset pontifex anni illius, prophetabat, quod  
Iesus moriturus esset pro gente, & non pro gente  
tantum, sed ut filios dei, qui erant dispersi, congre  
garet in unum. Ex quo sermone euangelistę percipi  
tur, qd Caiphas licet sanctus non esset, propter  
sanctitatem tamen pontificalis officij sui, aliquā  
singularē gratiam habebat à deo, per quam pro  
phetabat redemptrionem, quæ per Ch̄m erat fu  
tura. Erat tamē indignus dignitate officij illius, nō  
solum ob illā nequitiā qua saluatori resistebat, sed  
propter avaritiam & superbiam ac cætera uitia, q  
bus irretiti erat cuncti sacerdotes temporis illius,  
sicut ex uerbis saluatoris, & ex uerbis Iohannis Ba  
ptistæ manifestum est, qui frequenter eos argue  
bat. Ita enim erat avari & cupidi honoris, sicut in hi  
storij legitur, ut singulis annis mutaret summos  
pontifices, & festinaret unusquisque alium in  
gredi ad dignitatē pontificatus per pecunias quas  
dabant gentilibus, qui eis pr̄positi erant illis tem  
porib⁹: cū scdm legē unusquisque pontifex usque ad finē  
uitæ suæ stare debuisset in officio suo. Quæ muta  
tio pontificiū intelligi potest etiā ex eo quod euā  
gelista dicit de Caipha, qd esset pontifex anni illi  
us. Erat autem pontifex anni prioris Annas sacer  
eius sicut ex historijs habetur. Hæc idcirco dicta  
sunt, quia dicitis non posse esse sacerdotale officiū

## ADVERSVS CATHAROS.

ratum apud illos, qui sacerdotio indigni sunt. Quis scelerior, quis indignior fuit dispensatione mysteriorum dei quam Iudas Scariothis, qui et fur erat dominicae gazae, et morte saluatoris diu in mente gerebat, et uoluntate eum occidebat? Dominus tamē eum, sicut et ceteros apostolos mittebat ad dispēlandā gratiā suā spiritualē, prædicādo baptizādo et exequēdo cūcta quæ ad apostolatū pertinebant: et rata esse permisit ea quæ ab illo gerebantur, sicut et ea quæ ceteri apostoli faciebant in ministeriis suis. Legimus de pluribus qui baptizantur a Iohanne bap. viro sancto et perfecto, quod rebaptizati sunt per apostolos: eos vero qui baptizati sunt a Iuda, nullum legimus fuisse rebaptizatū. Fuisse autem necessariū eos rebaptizari, si uim suā nō potuissent habere sacramentū illud sub manibus eius, ob eā causam qd ipse fuisse indignus administratiōe baptismi. Ad nostrā eruditionem hoc fieri permisit dñs, ut ille qd indignus erat cōputari inter ministros dei, gratiam suam hoībus, sicut et ceteri apostoli dispensaret, ut cum uidemus indignos sacerdotes spiritualia tractare et distribuere, ne propter eorum malitiā diffideremus gratiæ dei, neqz aestimaremus quod nullam uirtutē haberent res spirituales, quæ ad salutem gratiæ dei constitutæ sunt, pro eo quod mali sunt, qui officiū habent super ea. No lite itaqz temere hoc affirmare, quod in Romana ecclesia defecerit ordo sacerdotalis, pro eo quod regnāt in ea, indigni sunt eo. Certe hoc quod dicitis, uerū esse fateremur, si defecisse in ea fidem catholica m̄ probare possetis. Nā si exinanita esset fides, inania proculdubio essent et fidei sacramenta. Qd si ina

Si inania essent sacramenta, inane & nullius utilitatis esset officium sacerdotum dispensantium ea. De alijs quidem uitijs, pro quibus Romanam ecclesiam culpatis, non ea fortassis sufficienter possumus excusare: sed qd adhuc in ea defecerit fides catholica, nulla certe potestis ratione probare. Nā eadē fides quæ ab initio per B. Petru in ea plātata est, & quæ prædicata est à successoribus eius, qui pro catholice fidei confessione martyrium pertulerūt, ut Clemens, ut Sixtus, ut Marcellus, & multi alijs, quos lōgū esset enumerare, & qui sanctitate conuersationis, & cœlestibus doctrinis ecclesiam uehementer illustrauerunt, ut Syluester, ut Gregorius, ut Leo, & quamplures alijs: eadem inquam fides usque in hodiernum diem in ea prædicatur & tenetur, adiuuante apud patrē illa dñi nostri Iesu Christi interpellatione, de qua ipse dixit ad Petrum: Ego rogaui pro te, ut non deficiat fides tua: Quod utiqz non dicebat spiritualiter pro illa fide, quæ in mente Petri erat, sed de fide ecclesiæ, quam uoluit gubernari à Petro. Vnde & si quando contigit aliquem apostolicorum patrum à fide catholica errare, nō diu cū stare permisit dominus, ne forte per ipsum ecclesia corrumperetur. Nam in tēpore Arrianæ hæresis quidam papa dictus Leo, sicut legitur in vita beati Hilarij: Arrianis consensit in hæresi, & subitanea morte percussus est. Sed & de alio quodā legitur, quod à uera fide exorbitauerit, & ob hanc causam depositus sit. Quod si adhuc in eo uerbo hæretis, ut dicaris Romanam ecclesiam ita corruptam esse, ut nunc credatur in ea & doceat aliud quād quod credidit & in ea docuit B. Petrus, & illi eius

Luc. 22

## ADVERSVS CATHAROS

successores, de quibus dubium non est, quin sancti  
sint, ostendere debetis nobis rationabili sermone  
qd sit illud in quo discordet ab illoꝝ fide, & prædi-  
catione: & qd sit illud, quod illi crediderunt, & qd  
nunc in fide non suscipiatur a successoribus illo-  
rum. Certi aut sumus, quoniam ad hoc demonstra-  
dum, & ratio uobis deest & sermo. Sicut dixi, dñs  
noster Iesus, ob dilectionem principis apostolorū  
inter multas procellas persecutionū, & oblatratio-  
nes hæreticoꝝ, incorruptā adhuc conseruauit fidē  
catholicā in sede illa apostolica, simulq; sacerdota-  
ris ordinis in ea cōseruauit dignitatē, magis ppter  
fidei stabilitatē, q; propter merita sacerdotū regēti  
um eā. Propter fidei dico stabilitatē, quia indubitā-  
ter ipsa in negligentia & defectum iā deuenisset, si  
euacuatum esset officium prædicandi, baptizan-  
di, confirmandi, ligandi atq; soluendi, offerendi sa-  
cerdiciū salutare, orationem faciendi pro populo  
dei, ecclesiā quoq; consecrandi, & ordines facien-  
di, ac cætera huiusmodi exequendi, quæ ad episco-  
pos ac sacerdotes pertinent. A Romanis aut patri-  
bus, sicut notitia sacræ fidei, ita & ordo sacerdotij  
ad nos usq; peruenit per sanctos viros, qui inde ad  
has occidentales partes Christianæ religionis cau-  
sa missi sunt. Nā apl's Petrus qñ tres discipulos suos  
Euchariū, & Valeriu, & Maternū ad prædicandū in  
Gallia atq; Germania ybū dei trāsmisit, patrū qdē  
Euchari illorꝝ, uidelicet B. Euchariū in presbytere ordinavit  
us. grad episcopalē eū dignitatē sublimauit. Valerium  
Valeri⁹, aut ad gradū diaconat⁹ promovit. Maternū subdia-  
conū cōsecravit. Beatus aut Eucharius cū esset epi-  
scopus in Treuerensi urbe, S. Valeriu ad sacerdotij  
gra-

## S E R M O N X.

gradum promouit, eisq; cum esset moriturus, eccl<sup>ie</sup>  
sia uice sua gubernandā cōmisit. Similiter & ille, cū  
esset ab hac uita migraturus, beatū Maternū in sa-  
cerdotē ordinavit, & episcopale ei administratio-  
nē cōmisit. Ab his ergo tribus pōtificibus patrū sa-  
cri ordines simul cū fide catholica plātati & radica-  
ti sunt in Treuerēsi & Colonensi prouincijs, quas  
utrasq; prexisse dinoſcit sctūs Maternus, simul q; Tū-  
grensem, cum adhuc episcopalis esset sedes in ea.  
Qua em̄i potestate, & qua gratia dei ipsi ordinaue-  
rūt episcopos & presbyteros, aliosq; ordines dede-  
rūt, eadē potestate, eadē gratia & cūcti q; eoꝝ suc-  
cessores fuerunt in episcopali dignitate, & in eadē  
fide extiterūt, quā illi docuerāt, & obediētes fuerūt  
apostolicæ sedis magisterio, ipsi q; ordinauerūt  
epos & presbyteros, aliosq; dei altaris ministros us-  
q; in hodiernū dīc. De Moguntinēsi prouincia simi-  
lia dico. Qua potestate ordinatus fuit in presby-  
terū & ep̄m sanctus Bonifacius: q; cū esset Roma-  
næ sedis ecclesiæ Cardinalis, missus est à Zacharia  
summo pontifice Moguntiā, & primus in ea archi-  
episcopus factus est: qua inquā ptāte ipse cōsecre-  
tus fuit, ea & ipse epos, & presbyteros aliosq; mi-  
nistros dei ordinavit, eadē & successores eius, eorū  
& suffraganei usq; p̄sens tēpus singuli suis cui  
tatis ordinatione fecerūt ministrosq; dei. Ex his  
ergo quæ nunc dicta sunt, scitote qm̄ in his tribus  
archiepiscopatib<sup>us</sup>, qui principales sunt apud Teu-  
thonicā gentē, & in episcopatibus, qui eis subditi  
sunt, officium sacerdotale, radicē, & firmamentū  
habet à capite sanctæ catholicæ ecclesiæ, id est, à  
sede beati Petri apostoli, que in Romana urbe est.  
¶ Sed &

Bonifa-  
cius.

## ADVERSVS CATHAROS

Sed & cunctæ metropolitanæ ciuitates Romani imperij in eo q̄ pallia pontificalia à Romanis patribus requirunt, eis q̄y obediunt, & decreta Romanorum pontificum recipiunt & obseruant, & secundū instituta illorū diuinū seruitū agunt, plane demōstrant officiū episcopale ac sacerdotale, cæterosq; ordines diuini ministerij à Romana ecclesia se habere. Idem & de ciuitatibus cæterorū occidentaliū regnorū dicere possumus. Regno Francorū beatus

Dionysius Ariopagita à sancto Clemēte successore Petri apostoli in episcopū ordinatus, sacerdotalē officiū intulit, qui primus gentē Galloꝝ in Parisiensi urbe & in finibus eius prædicatione uerbi dei ad fidē conuertit, ecclesiias construxit, & consecravit presbyteros atq; alios altaris dei ministros ex probatis personis, sicut legitur, ordinauit. Atq; ad eadē facienda tres illustres viros à se ad Hispaniā ad Agtaniā, & ad Beluacēsem regionē trāsmisit, uidelicet S. Marcellū, Saturninū & Lucianū, quos ei S. Cle-  
papa socios itineris dederat. Sic & in regno Anglo  
Augu- rū B. Augustinus episcop' à uenerabili papa S. Gre-  
stinus gorio missus, sicut Christianę religiōis cultū, ita &  
sacerdotale officiū dilatauit. Sicut ergo eadē fides que à Romana sede per sanctos viros, q̄inde missi sunt, disseminata est, adhuc hodie permanet in cunctis ciuitatibus occidentaliū regnorū, quaꝝ prædi-  
cta sunt, ita & officiū sacerdotale, qđ per illos plan-  
tatū est, ibidē permanet usq; in diem hanc. Forte ad  
hæc respondebis: fatemur quidem qđ illi primi præ-  
dicatores fidei Christianæ, de quibus dictū est, ue-  
re sacerdotes dei fuerunt, & alios ad sacerdotiū or-  
dinare potuerunt, sed multos successores in episco-  
palibus

## S E R M O N X.

palibus cathedris habuerunt, quoꝝ uita tā prava  
 & tam abominabilis extitit, ut nec ipſi poffent fa-  
 cerdotale officiū habere, nec alios ad hoc poffent  
 ordinare, ac per eos sacerdotium omnino interiſt.  
 Pro quibus respondeo idipſum, quod ſupra de Rō  
 manis pontificibus dictū eſt, non eſſe hoc imposſi-  
 bile, ut magiſtri eccleſiaꝝ habeat aliqua dona ſpi-  
 ritualia pertinētia ad utilitatē eorū, quos regere ha-  
 bent, qui tamen ipſi ejſdē donis coram deo indigni  
 ſint, & non ipfis met proficiant ad ſalutē. Sic & pro-  
 pheticus ſpiritus Balaā & Caiphæ, de quo & ſupra  
 locuti ſuimus, & apostolica potestas Iudee nō ipfis  
 prouenit ad utilitatē, ſed alijs. Quapropter non ex  
 hoc, qđ dicitis pōtifices ſuccelfores sanctorum ui-  
 torum, de quibus ſupra dictū eſt, male & irrationabi-  
 liter uixiſſe, non inq̄ ex hoc neceſſario probare po-  
 tellis, qđ ipſi habere non potuerunt potestate exe-  
 quendi officiū ſacerdotū, & ordinandi ſacerdotes,  
 que potestas ſine dubio sancta eſt, & ſpirituale do-  
 niū dei eſt. Multi in primiua eccleſia hoc donū ſpi-  
 ritus sancti habebant, ut loqueretur uarijs linguis,  
 quas nūq̄ ab aliquo didicerāt, & tamen charitatē dei  
 non habebant, quia non ad meritū, ſed ad honorē  
 dei dabant hoc donū. Multi hoc donū ſpiritus sancti  
 habebant, ut in noīe Christi prophetarēt, & dæmo-  
 nia abofeffis corporib⁹ ejſcerēt, & signa alia face-  
 rent, & tamen non uere Christū ſequabantur, ſicut  
 perpenditur ex uerbis ipfius ſaluatoris quæ dice-  
 bat: Amen dico uobis, multi ueniēt in die illo dicē-  
 tes: Dñe nonne in noīe tuo prophetauimus, & dæ-  
 monia eieciſſus, & uirtutes multas fecimus? & tūc  
 conſitebor illis, quia nūq̄ noui uos: Discedite à me  
 operarij

Math. 7

Iniquit

## AD VERSVS CATHAROS.

operari iniquitatis. Si talia dicere animaduertere  
sciretis, profecto non tam temere indicaretis offi-  
ciū sacerdotis aut episcopi nō posse apud illos esse,  
quoniam uita corā deo laudabilis nō est. Itē forte ad  
talē obiectionē cōfugietis ut dicatis: Si nō per ma-  
lā conuersationē episcoporum, tamē per infidelitatē  
ipsorum accidere potuit, ut sacerdotalis dignitas  
euacuaretur. Fuerūt enim quædā tēpora in quibus hæ-  
reses ita in ecclesia multiplicatæ sunt & excreuerūt,  
ut etiā episcopi multarū ciuitatū in errorē ducerentur,  
maxime in diebus Arianae perfidiæ, cui multi epi-  
scoporum cōsensisse leguntur. In illis ergo tēporibus per  
hæreticos episcopos multi ad ordinem sacerdotij  
multi etiā ad episcopalē dignitatē ordinati sunt.  
Hæreticorum autē ordinationes nullā uim habere po-  
tuerūt, ita ut aliquis ab eis ordinatus, uere officiū  
episcopi aut presbyteri exequi posset, aut ad hoc  
aliū promouere. Hia autē qui ab hæreticis ordinati  
sunt, putantes se esse episcopos, cū non essent, alios  
ordinauerunt episcopos & preshyteros, & nec illi  
ab eis ordinati, uere officiū, quod se putabant su-  
scipisse, habuerunt, & illi quoq; alios ordinauerūt,  
& ita usq; ad hæc tēpora deuoluti sunt ordines ec-  
clesiastici, qui ab illis hæreticis episcopis primū cor-  
rupti sunt, & ita annihilati sunt, ut ubi esse putantur,  
ibi uere non sint. Si talē obiectionē concinnatis ad-  
uersum nos, scitote qm̄ absq; responsione non su-  
mus. Ita quidē sēpe accidisse legimus, ut etiā epi-  
scopi diuersarū ciuitatū in errore ducerentur & cōsen-  
tirent hæreticis, qui fidē catholicā subuerttere cona-  
ti sunt. Et quidē si ita aliqui hæresibus consenserūt,  
ut tamē ipsi nō manifesta contradictione ecclesiā  
impugna-

## S E R M O X.

impugnarēt, neq; ex cōmunicatiōe orthodoxorū  
 patrū ab ecclesia præciderēt, & ita adhuc specie  
 nus intra ecclesiā manserunt: de talibus non nega  
 mus, quin habuerint uere sacros ordines, & si non  
 ad suam utilitatē: & potuerint uere eos alij dare,  
 quia non impossibile est, ut ecclesiæ sacramenta  
 aliquando etiā per hæreticos dispensentur, sicut &  
 testantur uerba Augustini, qui ait: Nō ideo nō sunt  
 sacramēta Christi & ecclesiæ, quia eis illicite utan  
 tur, non modo hæretici, sed & omnes impij: illi cor  
 rigendi sunt & puniēdi: illa uero agnoscenda & ue  
 nerāda. At si qui ita hæresibus corrupti sunt, ut ma  
 nifeste eas auderent defendere & impugnare ca  
 tholicam fidem, hos Romani magistratus & or  
 thodoxi patres, qui sub illis fidem catholicam tue  
 bantur, ab episcopalibus sedibus quātum fieri po  
 tut ejcere, & ab ecclesia dei præcidere per excom  
 municationem studuerūt. Si quos autem ordines  
 facere presumperunt, interim dum ab ecclesia dei  
 erant præcisi, illi ordines simul cum hæresibus sub  
 excommunicatione fuerunt, ita ut nullam saluta  
 rem q̄im haberent, q̄diu hæreses permanserunt in  
 illis, qui ordinatoribus suis in hæresi consenserunt.  
 Vnde dicit Cyprianus martyr in epistola sua, q̄  
 omnia quæcumq; faciunt hæretici, carnalia & ina  
 nia & sacrilega sunt, & eorum alcaria falsa, & illicita  
 sacerdotia & sacrificia sacrilega, qui more simiare,  
 quæ cum homines non sint, formam imitantur  
 humanā, uultū ecclesiæ catholice & auctoritatē fi  
 bi uēdicant, cū ipsi ecclesiæ non sint. Postq; uero cū  
 dei auxilio hæreses deficere coeperunt, ita ut hi,  
 qui excommunicati fuerunt propter eas, uel mo  
 terentur

## ADVERSUS CATHAROS.

terentur uel paulatim redirent ad catholicam ecclesiā, eisq[ue] reconciliarentur. Tunc si qui ab hæreticis episcopis extra ecclesiā ordinati fuerant, recipiebantur qdem in cōmunionē ecclesiæ, sed non oēs uno eodem h[ab]itū mō. Quidam em̄ sic i recepti sunt, ut per manus impositionē tantum laicā haberent cōmunionem, & omnino sine clericatus ordine in ecclesiā essent, sicut intelligimus ex verbis Innocētij pape. Legitur em̄ quod dicit, Arrianorū clericos non suscipiendos cū sacerdotij, uel alicuius ministerij dignitate, quibus solum baptisma ratiū esse permittit, q[uia] in nomine patris & filij & spūlii percipiēt. Tradit etiam laicam tñm cōmunionem talibus esse tribuendā per manus impositionē, nec ex his aliquē in clericatus honorē uel exiguū subrogandum. Et hoc quidē primū gñaliter de hæreticis fuerat cōstitutum, sed postea uarijs occasionibus interuenientibus temperatus est iste rigor cōfilio orthodoxorū patrū, quibus decernētibus nōnulli ordinatorū ab hæreticis ita recepti sunt dispensationis causa, ut remaneret in ordinibus suis, q[uia] ab hæreticis suscepserant extra ecclesiā. Hoc ex decreto Innocētij patet, in quo ista dicit: Summa sacerdotum delibera tio hæc fuit, ut q[uia] bonos ordinauerat, ne cū eodem remanerent, & fieret non mediocre scandalū, ordinati reciperentur. Sed necessitas inquit, temporis id fieri magnopere postulabat. Talibus ergo si qd gratiæ spūialis defuit, quod in sua ordinatione recipere debuerunt, hoc eis collatū esse constat, in eo q[uia] à catholicis patribus licentiā ministrādi in ecclesiā accepérunt. Item ordinatorū ab hæreticis quidam ita recepti sunt, ut accipientes manus impositionem

## SERMO X.

tionem ordinarent, & sic remanerent in clero: forsitan quia non secundum formam ecclesiae fuerant ordinati, quod de Nouatianis tamen statutum legit in Canonicis Niceni concilij. Quidam arbitrati sunt oea qui ab hereticis extra ecclesiam fuissent ordinati, secundo ordinandos esse, cum ad catholicam ecclesiam redissent: sed hoc non esse faciendum, Gregorius papa demonstrat in epistola, in qua Iohanni Rauenati episcopo ita scribit dicens: Quod dicitis, ut qui ordinari sunt, iterum ordinentur, ualde ridiculosum est. Ut enim baptizatus semel, iterum baptizari non debet: ita qui consecratus est semel in eodem ordine, non ualeat iterum consecrari. Item & quidam uenientes ab hereticis, ita recepti sunt mixto rigore quam cum misericordia, ut quoscunq; ordines tunc haberent, in illis ministrarent, & nunq; ad alios aliquos promouerentur. De qua re Urbanus papa legitur mandasse Geberhardo Constantiensi episcopo sic: Ut ab excōmunicatis quondam tamen catholicis episcopis ordinatos, si eorum religiosior uita & doctrinæ prærogativa uisa fuerit promereri, poenitentia indicta, quā congruā duxeris, in ipsis quos acceptū ordinibus permanere permittas. Ad superiores uero ascendere nō concedimus, nisi necessitas & utilitas maxima flagitauerit, & ipso& conuersatio sancta promeruerit. Hoc tamē ipsum ratius, & cū cautela præcipua est concedendū. Idē & alijs quidam mādasse legunt absq; omni exceptione. Hæc me ita cōmemorasse sciatis, quatinus ex his perpetuis datis quali diligentia patrū, & ecclesiae dei gubernaculum possederunt, prouisum & cautū est, ne hoc quod dicitis eueneret, uidelicet ut per hereticos ec-

H. clesiastis-

## AD VERSVS CATHAROS.

ecclasiastici ordines euacuariuntur. Nam per eos, q; ad cōmunionē ecclasiæ recepti sunt, non perierūt, sed nec per eos, qui extra cōmunionem permanserūt euacuati sunt. Quia ex quo eis catholica ecclasia præualuit, non manifeste in ecclasia ministraverūt, neq; ordines palā fecerūt: & si in occulto eos fecerunt, & aliquis catholicorū sciens eos hæreticos esse, ordinatiōem ab eis accepit, nō est receptus in ecclasia. Sic namq; legitur in actione septimæ synodi, quæ aquid Niceam celebrata est: Si quis sponte ad hæreticum uadit, & accipit ordinationem, non recipiatur. Et de hæreticis quid amplius dicam? Scimus certe quoniam dominus saluator cū de cōdificatione ecclasiæ sanctæ ad principē apostolorū loqueretur, ita inter cetera aiebat: Et portæ inferi nō præualebunt aduersus eam. Portas autē inferi dicebat hæreticos, qui ingressum inferi patefaciunt, his qui sequuntur eos. Hi autē secundum promissiōnem dñi nondū ita præualuerunt ecclasiæ, quoniam prīcipi apostolorū cōmisit, ut fidē catholicā nunq; in ea destruere possent. Quod si ita præualuisserent aduersus eam, ut oēs ordines ecclasiastici in ea per ipsos exinaniti iam essent, at q; ita infirmata iam es- sent cuncta sacramenta ecclasiæ: nimis certe præualuisserent aduersus eā, & non bene impleta esset promissio saluatoris, quæ euacuari non potest. De Simoniacis episcopis forsitan eandē obiectiōne nobis facitis, quæ suprā de hæreticis inducta est. Nos uero de eis ita respondemus: Quādiu ita non manifesta est Simonia alicui<sup>o</sup> episcopi, ut pro ea coram magistratibus suis accusetur, conuincat, & canonica sententia feriatur, tādiu officium eius, uim

uim suam credimus habere in ecclesiasticis sacra-  
mentis, quæ ab ipso administriantur, sicut ex uerbis  
beati Gregorij colligimus, quæ de sacramento do-  
minici corporis loquens ait: Et quid melius corpo-  
re & sanguine Christi? Sive ergo per bonos siue p-  
enallos ministros intra ecclesiam dispensetur, sacrâ  
tamen est, & spiritus sanctus uiuificat: nec bonorum  
dispensatorum meritis ampliatur, nec malorum atte-  
nuatur. Sunt autem adhuc intra ecclesiam Simo-  
niaci, qui nondum sunt ab ea damnati. Cum ergo  
utrumque ad officium eorum pertineat, & corpus do-  
mini consecrare, & ministros dei ordinare: si in ma-  
iori sacramento irritum non est officium eorum, propter  
peccata eorum, probabile est, quod etiam in minori irritum  
non sit. Nam licet reproba sit uita eorum, & ora-  
tiones eorum deo sint ingratæ, credimus tamen, quod per me-  
rita & orationes ecclesiæ, cui adhuc ut cunctæ adha-  
rent, adiuuatur, ut rata sint officia eorum in sacramen-  
tis, quæ ad usum ecclesiæ pertinent. Nemo enim in  
consecratione eucharistiae dicit offero, sed offeri-  
mus: quod quidem pro tota ecclesia dicitur. Nemo etiam  
episcoporum in officio suo explendo dicit, oro ut  
hoc uel hoc fiat, sed oremus unusquisque dicit, in  
quo se toti ecclesiæ connumerat, cuius meritis &  
precibus adiuuatur ad impeirandum ea, de quibus  
postulat à deo, quæ forte per se indignus esset im-  
petrare. Fortasse iterum obijcitis mihi dicentes: Et  
quid est, quod dominus sacerdotib⁹ siue episcopis  
sibi displicantibus cōminatur dicens: Maledicam  
benedictionibus uestris? Hoc ita intelligite, ac si di-  
ceret: Benedictiones uestras faciam uobis in met-  
ipsis prouenire in maledictionem. Potest enim

## ADVERSVS CATHAROS

esse, q̄ benedictio alicuius ei qui benedicitur in bo-  
nū cedat: ipsi uero qui benedicit, eadē benedictio  
in malū proueniat, quēadmodū illis, qui cū non se-  
querētur Christū, in noīe tamē ipsius benedicebāt  
obsessos à dæmonibus, & illi quidē liberabantur: il-  
li uero qui benedictionibus suis alios liberabant.  
& ex hoc gloriā & lucrū apud homines quārebāt,  
reprobati sunt à deo, sicut patet ex euangelicis uer-  
bis, quæ superius inducta sunt. Ad hoc q̄ de Simo-  
niacis ordinatoribus iam supra dixi, ut æltimo dici-  
tis: Quō possunt dare spiritū sanctū qui nō habēt  
spiritū sanctū? Videte quid dicatis, & quid interro-  
getis. Dico uobis quod propter Christū, qui & ue-  
rus homo est, & uerus deus, nō pōt ullus hominū  
dare spiritū sanctū alijs, sicut & testatur B. Augusti-  
nus ita de Christo loquēs: Accepit spiritū sanctū,  
ut homo, & effudit ut deus. Nos autē accipere quidē  
hoc donū possimus pro modulo nostro: effunde-  
re uero super alios non utiq̄ possimus: sed ut hoc  
fiat, deū super eos, à quo id efficitur inuocamus. Itē  
dicit: Nō alijs discipulor̄ Christi dedit spiritū san-  
ctū: Orabant quippe ut ueniret in eos, quibus ma-  
nū imponebant, non ipsi eum dabant: quē morem  
in suis præpositis, etiā nunc seruat ecclesia. Deniq̄  
& Simon magus offerens apostolis pecuniā, non  
ait: Date & mihi hanc potestatē, ut dem spiritū  
sanctū: sed, cuicunq̄ inquit imposuero manus, acci-  
piat spiritū sanctū, quia nec scriptura superius di-  
ixerat. Videns autē Simon, quia apostoli darent spiri-  
tū sanctū, sed dixerat: Videns autē Simon q̄a p̄ im-  
positionē manus apostolorum daretur spiritus san-  
ctus. Si quis uero catholicor̄ patrū, hoc in scripto  
posuisse

Actu. 8

## SERMO X.

posuisse inueniatur, uidelicet apostolos dedisse spiritum sanctum, siue eos qui ordinant ministros dei spiritum sanctum dare, sciendū est, non alium eos sensum in tali dicto habuisse, q̄ qui in ȳbis Augustini, quæ nūc inducta sunt, expressus est. Frustra ergo interrogatis quō possint dare sp̄m sanctū, qui eū nō habēt. Quod ergo eis possibile est faciunt tam mali, q̄ boni episcopi: orant uidelicet, & secundū officiū suū benedictiōes statutas dicunt super eos q̄s ordinat, & deus non pro ipsoꝝ meritis, sed pro dilectione ecclesiæ suæ, cuius adhuc qualiacūq; membra sunt, præstat hoc donū sp̄issancti unicuiq; eorum qui ordinant, ut habeat eam gratiā, quæ pertinet ad ordinē suū, qua tñ gratiapotest unusquisq; uti siue in bonū, siue in malū. Et non miꝝ si ad invocatiōem dei, quā facit malus, aliquā sp̄issancti gratiam præstat ei qui ordinatur, cū ad invocatiōem sanctæ trinitatis, quā interdū facit glibet flagitosus Christianus, siue etiam infidelis, super eū q̄ baptizat in noīe patris & filij & sp̄iss. detur baptizato ea gratia sp̄issancti, per quem oīa peccata remittuntur, & per quam Christi mēbrum efficitur. Illud quoq; nunc mihi obiçcite, quod Petrus aplūs ad Simonē magū, cū offerret ei pecuniā, p ea potestate, ut cuicunq; imponeret manus, acciperet sp̄m sanctū, dicebat: Pecunia tua tecum sit in perditione, q̄a existimasti donum dei pecunia posseideri. Ex hoc ergo inducite aduersum me hūc sermonem, & dicite: quia existimauit obtinere donū dei per pecuniā maledictus est, & repulsus ab eo, & non est illud consecutus. Ita ergo & imitatores Simoniaci, q̄ pro officio episcopali, quod ē sp̄uale

Actu. s

H 3 donū

## ADVERSVS CATHAROS

donū dei, offerunt & dant pecuniam, maledicunt  
à deo, & non consequuntur quod querunt: & si  
non consequuntur, non uere episcopi sunt, & non  
possunt implere, quod ad officium episcopale perti-  
net. Est ne talis obiectio uestra? Non me adhuc si-  
ne respōsione inuenictis. Vere quod Simon repul-  
sus est ab illo spūali dono, pro quo male negotia-  
tus est, nec consecutus est illud, & hoc erat iudici-  
um irascentis dei. Iste uero consequuntur donum  
spūale, pro quo & ipsi male negotiantur, uidelicet  
officium episcopale, & hoc est beneficium ex par-  
te irascentis dei, & ex parte miserentis dei: Benefici-  
um irascentis dei est, quia hoc illis præstat iratus,  
ut tanto damnabiliores fiant, quia male pro eone-  
gotiati sunt, ac si dicat uerbis Saulis, qui cum datu-  
rus esset filiam suam Dauid, cuius mortem dispo-  
nēbat, ait: Dabo ei filiam meam uxorem, ut sit  
ei in scandalum. Beneficium irascentis dei suscep-  
rant illi de quibus Apostolus ait: Qui cum cognos-  
sissent deum, non sicut deum glorificauerunt, sed  
euacuauerunt &c. & illi de quib⁹ psalmista ait: Ve-  
runtamen propter dolos posuisti eis, deiecasti eos

I.Re. 18.

Rom. 1.

Psal. 72

dum alleuarentur. Ex parte inquam est beneficij  
miserentis dei, quia ad usum ecclesiæ suæ eis præ-  
stat eam spūalem gratiam, qua utuntur in officijs  
suis, ne occasione illorum pereant sacramenta eccle-  
siæ, quibus carere ipsa non potest. Veruntamen in  
ter peccatum istorum, & peccatum Simonis ui-  
detur differentia esse. Non ille videbat Apostolos  
per illam potestatem, quā à deo habebant, & quā  
ipse desiderabat habere, consecutos fuisse aliquas  
dilexitias, aut aliqd seculare dominium, & ideo non  
eis

## S E R M O X.

eis obtulit pecuniam, quatinus ad talia consequēda eum adiuuarent, sed principaliter ad ipsum sp̄ rituale donum dei, quod eos uidebat habere, int̄ dit uenire, ut uidelicet cuiuscumq; imponeret manū, recipere et sp̄ m̄ sanctū cū aliquo uisibili miraculo, ita loqueref uarijs linguis, uel aliquid tale in eo cōtingeret, in quo manifeste notari posset sp̄ m̄ sanctū, & in eo affectabat similis fieri sanctis apostolis, q; bus inuidiebat, quod in tam excellenti dono ei p̄ reg ferrentur. Quę inuidentia eius significata est, nimi rū in eo uerbo, q; Idixit Petrus ad eū: In felle amari tudinis uideo te esse. Adipisci aut̄ hoc uolebat, nō ut in bonū eo utere, sed in malū, uidelicet ad gloriam, sibi corā hominibus comparandam, sicut Iu dæi Christum emerunt, non ut eo frueretur in bonum, sed ut suam prauam uoluntatem in eo perficerent. Et cum nō esset cor eius rectū cū deo, nihil de reconcilianda sibi gratia eius tractabat, quatinus adipisci donum eius posset: sed quasi eo inuitio hoc obtainere posset, irreuerenter & manifeste si bi uenundari postulabat impreiabilem gratiam ab hominibus, quam solus dare poterat deus. Talis ergo erat temeritas eius, quasi si seruus alicuius potentis despectus & odibilis domino suo, & nullam habēs curā adipisci gratiam eius, manifeste offerat pecuniā cōfiliarijs dñi sui, quatinus faciat eum habere filiā eius, ut fornicarie ea abutat. Nūc uero si quis ita salutis suæ obliuiosus efficitur, ut non secundū deū honorē cathedræ appetat: pri inum considerat diuitias & honores, & huiusmōi temporalia cōmoda, quæ concupiscibilia sunt, adiūta esse plationi illi & ea principaliter concupiscit,

Acto. 8.

## ADVERSVS CATHAROS

¶ secum de adipiscendis illis tractat. Iuxta hæc au-  
tem considerat spūalia, sine quibus illa possidere  
non potest, uidelicet officiū sacerdotale, quod exi-  
git ut diuinæ contemplationi insistat orando pro  
alijs, & meditando q̄ dei sunt, ut sit doctus, & ali-  
os doceat, ut sit castus, sobrius & modest⁹, & gra-  
uis in moribus, & omnino irreprehensibilis: & hęc  
cogitans pertimescit, & indignū se reputat digni-  
tate ad quā aspirat. Positus itaq; inter concupisce-  
tiā & timorē, uincitur tū à cōcupiscentia: incipit  
negotiari precibus & muneribus, & promissis, tū  
per se, tum per amicos, modo occulte, mō manife-  
ste negotium tractans. Et qđem oīa facit principa-  
liter pro secularibus quæ concupiscit: secundario  
aut̄ pro spūalibus, non q̄a amet ea, aut eis dignū  
se esse arbitretur, sed q̄a scit sine his secularia illa se  
non posse obtainere: perficit negotium, dat qđ exi-  
gitur, suscipit de manu secularis principis quod se-  
culare est: suscipit sub manu ecclesiastici patris, à  
quo ordinat̄, spālem potestate pertinentem ad di-  
gnitatem, ad quā ordinatur. Hanc uero illi confert  
deus, non quia amet eū, aut quia dignus sit ea, sed  
ut supra dixi ex parte, propter misericordiam suā,  
ut electis dei, qui in populo pertinentē ad regnum  
eius, non desint propter peccatum illius sacramē-  
ta ecclesiastica pertinentia ad salutem aīaꝝ eorū.  
Ex parte etiam in ira sua hanc illi pr̄estat, ut tan-  
to maiorem occasiōem habeat damnandi eū in su-  
turo, si nō pœniteat, qui per pecuniā se ingessit ad  
fruendū scdm uoluntatem eleemosynis fidelium,  
quæ illi ad honorem Christi, & ad usus pauperum  
eius ecclesijs contulerunt. Ex parte etiā tales hoc  
modo

## SERMO X.

modo sinit deus habere ecclesiasticas dignitates,  
 propter peccata quorundam q̄ sunt in populo, & nō  
 sunt digni habere bonos prælatos, ut testatur scri-  
 ptura quæ dicit: Propter peccata populi permittit lob. 34  
 deus regnare hypocritā. Sæpe autem q̄ sic in ecclesia  
 negotiantur, qm̄ in mente non habent principale  
 intentionē ad emenda spūalia, sed ad temporalia,  
 quæ magis amant, & de eis totus sermo est, apud  
 uidentes & ementes, dicūt se non emere spūalia  
 sed temporalia. Sed hoc dicendo semetipſos fallūt.  
 Hoc eis quasi pro emptione reputatur, q̄ ad ea ac-  
 cedūt mediante pecunia, quā propter concupiscentiam  
 tēporalium dant pro eis quæ statuta sunt, ut  
 simul cū illis spūalibus possideant. De huiusmodi  
 negotiatoribus Paschalias papa dicit hoc modo:  
 Si alii obiecerint senō cōsecrationes emere, sed res  
 ipsas quæ ex cōsecratione proueniunt, penitus de-  
 siperē probātur. Nā q̄s q̄s horum alterū uendit, sine  
 q̄ altere non habet, neutrū uendere omittit. Simili-  
 tudinē autem huius negotij considero in eo qd dicā:  
 Si tutor pupilli fraudulenter uendat molentē, quæ  
 sit hæreditas illius uiro cōscio fraudis suæ, iniquus  
 est emptor, sicut & uendor. Et quis nullam in cō-  
 uenitione sua fecerit mentionē de aqua aluei perti-  
 nentis ad molentem, eadē nihilominus emptione  
 possideri illam dicitur: & tñ solus deus, utpote gu-  
 bernator naturæ, hanc administrat molenti, tum  
 ut satissimati necessitatī utentium ea, tum etiā ut  
 iniquum possessore eius tanto amplius culpabilē  
 habeat, quanto largius fruī beneficijs eius ad quæ  
 accessit inique. Dicuntur autem hi, de quibus suprā di-  
 cītum est Simoniaci, q̄a in eo q̄ per pecuniam ne-

H 5 go-

## ADVERSVS CATHAROS

gontiantur de prælationibus ecclesiasticis, quæ simul iuncta habent spūalia dei dona cū temporali bus bonis, imitatores sunt Simonis, qui existimabat donū dei pecunia possideri, & ob hoc maledictionis eius participes erūt, qua ille maledictus est.

Acto. 8. à Petro, qui dicebat: Pecunia tua tecū sit in perditione, qā existimasti donū dei pecunia possideri. Si cūt aut ex his, quæ dicta sunt aī aduerti pōt, neq; or & magis temeraria fuit negotiatio illius q̄ istorū. Nequior, quia apostolis quib⁹ parificari uoluit, inuidēbat gratiam dei, & in felle a maritudinis suæ, sicut & postea factis demonstrabat: sed isti nullā huiusmodi paritatē cum sanctis habere affectant, neq; inuidēt sanctitati eorum, sed potius eos uerantur: Temeraria magis, quia impudenter & manifeste pro gratia dei pecuniam obtulit, quasi esset res uenalis ad forum. Isti uero nō directe manus intendunt ad donum spirituale, sed ad commodum seculare, quamuis tamen in hoc culpabiles sint, q̄ sciunt ad neutrum accedēdum esse per pecuniam, ipsi uero ad utrūq; accedunt per eam. Quod ergo Simon principaliter existimabat possidere, isti secundario existimant in sua negotiatio ne. Existimabat inquam, id est, in mēte tractabat:

Rom. 8. Nā uerbū existimationis non hoc loco pro incerta opinione accipiēdum est, sicut nec in illo loco, ubi Apostolus dicit: Existimo enim quod non sint cō dignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. De Simoni acis nō manifestis & non conuictis, hæc diximus, ad ostēdum quod ordines ecclesiasticos possint dare, & q̄ ratē habentur ordinaciones eorum: qui & si

con-

SERMO X.

conuicti fuerint aliquādo de Simonia , manent tū  
in ordinib⁹ suis, hi qui ab eis fuerunt ordinati, an-  
tequā manifestum fieret eis illos Simoniacos esse:  
¶ utiq⁹ non permittere, si nullos ordines dare po-  
tuissent: Dicit em̄ de talibus papa Urbanus sic: Qui  
ordinantur à Simoniacis, quos cū ordinantur nesci-  
unt Simoniacos esse, qui & tunc pro catholicis ha-  
bētur, eorum ordinatio misericorditer sustinetur:  
Misericorditer inquit, quia secundum rigorem iu-  
stitiae deponi possent, nō quia ordines nō habeat,  
sed ad maiorem confusionem eorum à qbus ordi-  
natis sunt, & ad terrorem aliorum, q Simoniacē ne-  
gotiari non timent, qbus eadem misericordia an-  
numeratur, & illi qui cum sciant ex aliquorum re-  
latione ordinatores suos Simoniacos esse, proba-  
re tamen hoc non possunt, nec debent, & ab ordi-  
natione eorum subtrahere se non audent. At si qui  
ordinati sunt à Simoniacis conuictis & damnatis,  
horum ordinationes cassatę sunt à patribus, & cel-  
fare iussi sunt à ministerijs suis. O Cathari, hoc  
uos scire uolo, quod ea quæ uarie dixi, de his quæ  
in ecclesia gesta sunt, & quæ à patribus statuta &  
dicta sunt in ea, non propter uos tantum dixi, sed  
magis propter nostros indoctos populos, q par-  
ter nostros & uestros aliquando percipiunt sermo-  
nes, ut sciant rationabiles nobis sermones non de-  
esse, ad reddendam rōnem de his que credimus &  
agimus in ecclesia dei. De uobis aut̄ scio qd̄ qcquid  
loquimur, qd̄ tunc qd̄ sit rōnabile, uos uestros gar-  
rietis errores, sicut uulgo dicitur: Quem ouem cla-  
mat lupus, qd̄ n̄cquid dixeris et.

Contra octauā hæresim de corpore & sanguī  
ne de cœni. Sermo XI.

## ADVERSVS CATHAROS

**A**DHUC OS MEU paret ad uos oꝝ Antichristi, & est sermo mihi non paruus aduersus increduilitatem uestram. Infamati estis & de hoc, quod de corpore & sanguine dñi nostri Iesu Christi non eam fidem habeatis, quā ecclesia catholica confitetur. Ipsa aut̄ huiusmodi est: Credit & confitetur populus dei in cunctis partibus mundi, ad quas dilatata est religio Christiana, qꝝ dū sacerdotes ecclesiae siue sint bona conuersationis siue malae, ad altare dei diuinū agunt officium, & super oblationem panis & uini sacra pronuntiat uerba, que nobis summus sacerdos, id est, Christus & sancti patres nostri illic dicenda reliquerunt indubitanter, ibi fiat mutatio talis, ut sit ibi sub specie panis & uini uera caro Christi, quæ in uiolata fuit in cruce, & uiuus sanguis qui fluxit de vulneribus eius, & qđ eandem carnē sumit ipse sacerdos, & oēs qui accedunt ad cōmunicandū cū ipso. Nostra fides hęc ē. & sicut aiunt, uos oīno renuitis credere, qđ ab aliq sacerdote siue bono siue malo possit ulla consecratione fieri corp⁹ dñi: & qđ ab aliq hoīe sumi possit ad māducandū. Ego aut̄ nō diffido, & iā in hoc errore uos esse: quandoquidē cunctos sacerdotes ecclesiae, qꝝ sacramenta dñica tractat, in contemptu habetis, & nihil penditis omne officium eorū. Memini uidisse me aliquā in præsentia Coloniensis archiepiscopi Arnoldi, quēdam non parui noīs uisq, qꝝ de schola Catharorum reuersus fuerat ad suos, à qđ dum inquireremus diligenter, quæ essent hæreses illorum, ita respōdit: Breui sermone ea de qbus interrogatis, concludā: Omnia quæ creditis, omnia quæ agitis in ecclesia, illi falsa & inania iudicat. Hęc ergo cū

## SERMO XI.

ergo cū dixisset, suffecit responsio Archiepiscopo,  
 & nil amplius ab eo requirendum esse iudicauit.  
 Hinc credibile est mihi & illam incredulitatem, de  
 qua dixi, non deesse malitiae uestræ. Siue autem quod  
 credimus credatis, siue non, & in hac quoq[ue] parte  
 fidem nostrâ rationabile fundamentum habere co-  
 gnoscatis, uerba euangelicæ & apostolicæ scriptu-  
 ræ, quæ manifestum testimonium ei perhibent, in-  
 dicenda nobis sunt. Sancti euangelistæ ubi loquuntur  
 de coena domini, quam habuit cum discipulis suis  
 ante passionem suam, dicunt quod uespere facta, dis-  
 cumbebat dominus cum discipulis suis, & manducanti  
 bus illis, accepit Iesus panem & benedixit ac fregit,  
 deditque discipulis suis & ait: Accipite & comedite,  
 hoc est corpus meum, quod pro uobis tradetur: Hoc faci-  
 te in meam commemorationem. Et accipiens calicem gra-  
 tias egit, & dedit illis dicens: Accipite & bibite ex  
 hoc omnes, hic est enim sanguis meus noui testa-  
 menti, qui pro uobis & pro multis effundetur in re-  
 missionem peccatorum. Recte aiaduertite oia yba  
 haec: Benedixit panem & dedit eis, & dixit: Hoc est  
 corpus meum. Et ut certius eis & nobis fieret, quod  
 uel quale corpus illis uerbis significaret, determi-  
 navit cum addidit dicens: Quod pro uobis tradetur.  
 Similiter & de sanguine determinauit cum dixit: Hic  
 est sanguis meus qui pro uobis & multis effunde-  
 tur. Ex his ergo uerbis credimus indubitanter, quod  
 idem corpus, in quo tunc presens coram illis appa-  
 ruit, cum hic loquebatur, & quod postea in cruce  
 pependit, & morte ibi sustinuit, eis dedit comedere.  
 dum: & eundem sanguinem, qui de vulneribus eius, p-  
 fluxit dedit eis bibendum. Humanos sensui impossibi-  
 le quod

LU. 22

Ibidem

## AD VERSVS CATHAROS

Je quidem est, ut intelligat qualiter id fieri possit  
habet tñ rectam & firmā rationem, quare hoc in-  
dubitanter credere debeat. Quāt est illa ratio, qua  
credi debeat illud qđ foris uidebat esse panis, fuis-  
se ipsum corpus dñi, qđ erat in cruce passus? Hæc  
est ratio, uidelicet qđ dñs Iesus Christus filius dei  
hoc dixit, qđ mentiri nō potuit. Vere mentiri nō po-  
tuit, quia deus fuit, quia ueritas fuit: sicut ipse de  
se testatus est dicens: Ego sum uia, ueritas, & uita.  
**Iohā. 14.** Ego indubitanter credo, qđ de corpore suo potuit  
**Psal. 134.** facere quicquid uoluit: quia de ipso scriptū est: Oia  
quæcūqđ uoluit dominus fecit in cælo & in terra.  
Dñs totius naturæ fuit, & ideo credo qđ hoc facere  
potuit sua cœlesti benedictione, ut panis ille quē  
benedixit, transiret in substantiā corporis sui, & ut  
inuisibili & inexcogitabili modo ueniret in os Pe-  
tri, & transiret in intima spiritus eius, ceterorūqđ di-  
scipulorū, quibus illud porrexit: quia spūialis cibus  
ille erat, & proprie ad animā pertinebat. Credo qđ  
potuit facere de corpore suo sicut & potuit alia  
multa facere de eo quæ uidentur impossibilia ei  
qui non credit, & qui non hoc considerat: quoniā  
dominus erat qui in corpore illo habitabat. Sum-  
psit corp⁹ illud de uirginis utero, & produxit illud  
in hunc mundum, clauso utero matris. Ipse corp⁹  
illud tulit super aquas maris, ita ut non mergere-  
tur ubi mergebatur Petrus: sed non submergeba-  
tur, quia ab ipso adiuuabatur. Ipse cœlestem clari-  
tatem ostendit in corpore suo, dum adhuc futurū  
**Mat. 17.** ei erat ut patere & moreretur: tūc uidelicet quā-  
do se corā discipulis suis transfigurauit in mōte, &  
qñ resplēduit facies eius ut sol. Ipse corp⁹ illud pro-  
pria

priā uirtute suscitauit à morte, & clauso sepulchro  
 eduxit illud foras, & ubi erant discipuli congrega-  
 ti in domo clausis ianuis cū eōdē corpore introi-  
 uit, & stetit in medio eorum. Ipse quoq; idem coe-  
 pus de terra potenter subleuauit, & in summo cœ-  
 li super omnes choros angelorum collocauit. Hæc  
 omnia in euangelijs scripta sunt, & creditus ea,  
 quis incredibilia videantur secundum communē  
 rerum naturam, & quamuis considerare & inueni  
 te nesciamus, quali modo hæc fieri potuissent. Cre-  
 dimus autem q[uod] uere potuit dominus facere, & se-  
 cit omnia hæc: quia deus erat, cui nihil impossibi-  
 le est: & eadē ratione credere hoc debemus, q[uod] & il-  
 lud potuit facere de corpore suo quod suprà dixi-  
 mus: uidelicet q[uod] dedit illud manducandū discipu-  
 lis suis, q[uod] dicebat: Accipite & manducate ex hoc  
 oēs, hoc est corp[u]s meū q[uod] pro uobis tradet. Vbi di-  
 cit euāgelistā, q[uod] fregit dñs panē quē discipulis por-  
 rigebat: & q[uod] dicit eis ut māducaret. In illa fractio-  
 ne & illa comeditione nō hoc intelligendū est q[uod] in-  
 telligit, cū dicūt de alio cōmuni pane q[uod] frangat,  
 & q[uod] manducat. Nā in illa fractiōe & comeditione pa-  
 nis pars una oīno ab alia separatur, ita ut non ma-  
 neat aliqua integritas in pane qui frangit & man-  
 ducatur. At postē panē illū dñs benedixit, non erat  
 ibi uera substātia panis, sed species panis, & sub il-  
 la specie uenit corpus Ch̄ri, & nō erat illa fractio in  
 substātia corporis dñi, sed in illa uisibili specie pa-  
 nis, quā adhuc immutata permanebat, sic q[uod] man-  
 ducabatur corpus Ch̄risti, ut tamen integrum per-  
 maneret & inconsuētū. Illa ergo māducatio qua  
 corp[u]s Ch̄ri mandacabat, nō erat similis cōfestioni  
 qua

LUC. 22.

## ADVERSUS CATHAROS

qua alios communes cibos manducabant. Quod eīm ore sumebāt, fide & dilectione intus in aīa māducabāt, & ibi uirtute illius panis sanctificati sunt. Similitudinem quandam huius rei attendite: Cū docet spiritualis magister in ecclesia populū, unā dicit aliquā sententiam, quā suscipit unusq̄cū corporali aure, & trāsit ad corda singulorū tota, & ita quodāmodo diuiditur inter eos, & tamen integra manet apud eū qui docet. Ita etiā discipuli dñi sanctum cibum corporali qdem ore suscipiebant, & ita transiit tutus ad singulorū corda, & hoc modo diuidebatur inter eos, ut tamen integer maneret, apud eum qui dabat. Animaduercite nūc & illud: quod dñs cū dedisset discipulis suis corpus suū, ac dixisset: Accipite, hoc est corpus meum, quod prō uobis tradetur: subiunxit dicens: Hoc facite in meam commemorationē. Si estis eruditī de scripturis sanctis, ut uobis uideāt, & uos iactitare soletis, dicite quidnam uerbis istis dñs significare uoluerit, & qd discipulos suos iusserit facere in suā memoriam dicēdo. Hoc facite in meā cōmemorationē. Negare, ut puto, non potestis, qn illud quod ei manu porrigebat, & quod formam panis habebat, si gñificaret dicendo: hoc facite. Si aut̄ illud nihil aliud erat nisi panis, nunq̄ dicitis qd eos iusserit facere panem in memoriam sui? Sed hoc dicere stultum est. Erat aut̄ aliud q̄ panis quod sub specie panis ibi erat, id est, corpus eius, sicut patet ex eo qd dicebat: Hoc est corpus meum: & illud iussit eos facere in cōmemorationem passionis & mortis sue. Itaq; in eo quod dixit: Hoc facite in meā cōmemorationē: dedit tam eis q̄ omnibus ad quos perueniuntur

Lu.22.

turum erat sacerdotale officium, ab ipsis potesta-  
tem faciendi cum oratione & benedictione corp⁹  
& sanguinem suum. Quod dicuntur sacerdotes cor-  
pus dñi facere siue conficere, quod idem sonat in  
laico sermone, non ita intelligimus, quod ipsi cor-  
pus domini quasi de nouo creent, & ei essentiam  
dent: sed eorum facere nihil aliud ibi est, nisi quod  
super illud uisibile sacrificium quod in altari est, fa-  
ciunt officium suum, & dicunt orationes & bene-  
ditiones, & statuta signa faciūt, & tunc virtute di-  
uina præstatur, ut sit ibi uerū corpus domini, & ue-  
rus sanguis eius: ubi prius nihil aliud erat nisi pa-  
nis & uinum. Illud ergo opus sacerdotum quod  
tunc agunt, tali modo loquendi designari solet, ut  
ipsi dicantur facere corpus domini: & est fortasse  
sumptus hic modus loquendi ex eo, quod domi-  
nus tunc dicebat: Hoc facite in meam commemo-  
rationem. Aut si cui uidetur id quod dictū est: Hoc  
facite in meam commemorationem, ita intelligē-  
dum, ac si diceretur: manducate corpus meum in  
meam commemorationem, ut per hoc secundo  
repetatur quod suprà dixerat: accipite & mandu-  
cate: nō aduersabor, licet nō ita apte cōueniat hic  
sensus literæ constanti, ut id quod suprà dictū est.  
Nihilominus tamen in eo ipso quod eos iussit mā-  
ducare corpus suum, & sanguinē bibere, & etiam  
post passionem suam in cōmemorationem mor-  
tis suæ potestatem eis dedit conficiendi corpus su-  
um & sanguinem, per benedictionem, quam ipse  
eos suo exemplo docuit, & qua ipsi postea uisunt  
in consecratione eucharistiæ, & alij eam relique-  
rūt, in quos sacerdotale officium ab ipsis peruenit.

I Nisi

## ADVERSVS CATHAROS

Nisi enim hanc potestatē eis dedisset, unde possent  
habere corpus domini ad manducandū, & sanguī  
nem eius ad bibendū, etiā post resurrectionē ipſi  
us? Dicetis forte insaniam hanc: potuit qdem ali  
quo mō fieri, ut dñs ante passionem suā daret di  
scipulis corpus suū ad manducādum, & sanguinē  
suū ad bibēdum in sui cōmemorationem, id est, ut  
postea sui memores essent: sed nullo mō fieri po  
tuit post passionē & resurrectionē suā, ut p aliquā  
benedictionē habere possent corpus eius ad man  
ducandū, siue sanguinem eius ad bibēdum. Ad qđ  
primū dico: q̄ si illā cōmemorationē ita exponitis  
non recte intelligitis scripturā. Quomodo enim  
intelligenda sit, ex uerbis Apostoli patet, ubi illud  
uerbi cōmemorationis Corinthijs exponens, ait:  
Quotiescūq; emā māducabitis panē hunc, & calice  
hibetis, mortem dñi anunciabitis donec ueniat.  
Ex qbus uerbis intelligitur, q̄ mādu catio illa cor  
poris dñi, quæ ē sub specie panis, & bibitio calicis,  
id ē, sanguīns dñi; annūtiatio, id est testificatio mor  
tis domini est, quā in cruce sustinuit. In eo aut̄ q̄  
addidit, donec ueniat: subintelligendū est, domin⁹  
ad iudicium: & in hoc significauit, qđ hæc annun  
ciatio mortis Christi per cōmunicationem corpo  
ris & sanguinis eius non deerit in Ecclesia usq; ad  
diem iudicij. Patet itaq; ex uerbis Apostoli, q̄ etiā  
post passionem dominicā fideles Christi mandu  
care potuerunt corpus domini, & sanguinem ei⁹  
bibere. Manifestū est etiā ex ȳbis Pauli, qđ sancti  
Apostoli, & eorum sequaces, benedictiones fece  
runt super sacrificium domini ad implendum ser  
monem domini quem eis mādauerat de corpore

## S E R M O X I.

Et sanguine suo confiendo, sumēdo in memoriam eius. Dicit enim in epistola ad Corinthios sic: Calix benedictionis cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est? Et panis quē frangimus nonne participatio corporis Christi est? Id est, nonne corpus Christi est, quo participamur? In eo autem quod dixit, benedicimus, non solum significauit se & alios apostolos habere potestatem faciendi benedictiones super sacrificium altaris, sed & Corinthiorum presbyteros quibus scribebat, & quibus multa mandabat de sacramento corporis & sanguinis domini, quomodo digne illud tractare deberent. Hoc uero superflue eis mandasset, si nullo modo fieri posset, ut manducaretur corpus domini, aut biberetur sanguis eius in Ecclesia. Fuit mihi concertatio de his rebus quadam uice in domo mea Bunnæ, cum quodam uiro qui suspectus erat nobis quod esset de secta Catharorum & contigit ut incideremus ad loquendum de sacerdotibus malis, & dicebat ita de eis: Quomodo potest fieri, ut qui tam irrationaliter uiuant, distribuant in ecclesia corpus dominis & dixi ei: Nonne legimus quod Pilatus qui saluatorem crucifixit, & infidelis erat, in potestate habuit dare corpus eius cui uellet, & dedit hoc Ioseph uiro iusto? In eadem patientia dominus est etiam nunc, & tolerat malos sacerdotes, & finit eos potestatem habere in ecclesia, & distribuere corpus & sanguinem suum tam bonis q̄ malis: & continuo ille subiicit dicēs: Post illud t̄ps passionis suę ipse nō uenit in manus eos. Ex his uerbis satis intellexi incredu-

## ADVERSUS CATHAROS

litatem eius, quam suspicatus fueram de eo, uideli-  
cet quod nō credebat ab aliquo homine posse tra-  
ctari, aut sumi in ecclesia corpus & sanguinem dñi.  
Dixiq; ei cum indignatione: O Cathare nūc te ma-  
nifeste cōuincam: & reuolui epistolas Pauli, quas  
præsentes habebam, & demonstravi ei locum illū  
**1.Cor. ii** ubi ad Corinthios scribens dicit: Quicunq; man-  
ducauerit panem uel biberit calicem domini indi-  
gne, reus erit corporis & sanguinis domini: probet  
autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de  
calice bibat. Quicunq; enim manducat & babit indi-  
gne, iudicium sibi manducat & babit, non dñudi-  
cas corpus domini. Hæc uerba cū illi exposuissim,  
comprehēdi eum sermone hoc: Si ita est inquam,  
ut dicis, uidelicet quod ex eo tempore quo domi-  
nus transiit ex hoc mundo, non uenit corpus eius  
in manus cuiusquam, consequens est, quod ex illo  
tempore neq; digne neq; indigne potuit alijs māduca-  
re corpus eius, aut sanguinem eius potare: & si nō  
potest ab aliquo sumi indigne, nemo potest in eo  
sumere sibi iudicium. Frustra ergo sermonem illū  
dixit Apostolus, quod qui indigne sumit corpus &  
sanguinem domini, iudicium sibi manducat & bi-  
bit. Hæc cum dixissem, conticuit: & neq; increduli-  
tatem quam in eo redarguebam, negauit: neq; ue-  
ritati qua conuictus erat, consensit. Et nunc de ea-  
dem scriptura alloquor & uos aduersarios meos.  
Si non est ita ut credimus, quod sacerdotes ecclæ-  
sia consecrent corpus & sanguinem domini: & si  
non potest fieri ut ab aliquo homine sumatur, nū-  
quid potestis dicere nobis, quis sit ille panis aut ca-  
lix domini, in quo sibi iudicium manducat & babit  
qui

## S E R M O XI.

qui indigne illud manducat & babit, & ex quo mul-  
tos etiam contingit corporaliter infirmari, & mori-  
dum indigne communicat? Quod est illud cor-  
pus domini quod dijudicatum esse Apostolus de-  
monstrat, & quid est dijudicare corpus domini?  
Oia certe haec superflue & uane dicuntur, si ipsum  
uerum corpus Christi communicabile hominib⁹  
non est. Ego uobis sensum scripturæ, de qua nunc  
sermo est, explanabo, licet iudignos uos esse co-  
gnoscā, sed magis hoc facio propter nostros sim-  
plices populos. Panē & calicem domini appellat  
Apostolus corpus & sanguinem domini, quia sub  
specie panis & uini ista sunt in altari: & quamvis  
ibi non sit uera substantia panis & uini, postquam  
consecratio facta est, tamen est ibi sapor & color,  
& forma panis & uini. Et quidem si non esset in illo  
sacrificio alia substantia nisi ipse panis & uinum,  
non in illo cibo aliquis manducaret iudicium, id  
est damnationem suam, magis quam in aliquo  
alio cibo: neque propter illam manductionem  
contingeret aliquos infirmari aut mori, cum non  
sit periculosus cibus, simplex panis & uinum: for-  
sitan quia panis est benedictus, & uinum est bene-  
dictum: ideo qui indigne manducat panē illum,  
& uinum illud babit, iudicium sibi manducat & bi-  
bit, & forte infirmatur aut morit, quia benedictio  
nē sc̄tām nō bene honorauit. Si hoc dicitis, inter-  
rogo quare dixit: Reus erit corporis & sanguinis  
domini qui indigne manducat panem illum & ca-  
licem bibit: Si non est ibi nisi simplex panis bene-  
dictus, & simplex uinum benedictū, rectius dixis-  
set, reus erit benedicti panis, & benedicti uini indi-

## ADVERSUS CATHAROS

gne accepti: sed dixit: Reus erit corporis & sanguinis domini, subintelligimus, indigne accepti, & quodammodo perdit, quantum in ipso est. Animaduertite nunc & hoc, quod dicit eum non dijudicare corpus domini, qui de pane illo dominico indigne edit aut de calice bibit. Si quis praeue & sordide uiuit, & sine timore peccatorum suorum audacter accedit ad cōmunicandum corpori & sanguini dñi, quasi sit alius cibus, hic indigne cōicat, & hic nō dijudicat, id est, non discernit corpus domini ab alijs cibis per timorem & reuerentiam dei. Item & si sic homo caste & sobrie uiuens, & tamen non credat uere esse corpus domini illud quod à sacerdotibus ecclesie in altari consecrat per orationem & benedictionem. Hic si propter aliquam simulationē accedit ad sanctam communionem, edit indigne corpus domini, & non discernit illud ab alijs cibis per fidem catholicam, & manducat ac bibit sibi iudicium, id est, damnationem. Hoc tu infelix Cathare facis, qui in occulto negas uerum corpus Christi esse in altari: & omnia quæ à sacerdotibus nostris in ecclesia aguntur, in textrina tua irrides, & nihilomin⁹ adueniente paſchali die, cū populo ad ecclesiā properas, barbam reuerenter complanas, & multo humilius ceteris genua tua ad altare incurvas, atq; hiantius buccam aperis ad accipiendam sanctam communionem, uidelicet tuam æternā damnationem, quatinus uidearis hominibus bene catholicus ac religiosus, & ut hi quos per pecuniam conducitis ad tuendum uos, dicere possint in defensione uestra, Quid requirimus ab hominibus istis? Boni & iusti sunt, & omnia agunt quæ pertinet

## S E R M O N I.

tibent ad Christianos: utinam nos tales simus. Ab uno viro qui de angulis uestris exierat, unā talem sapientiam uestram audiui. Corpus uestrum domini est, & corpus domini facitis quando panem uestrum benedicitis, atque ex eo corpus uestrum reficitis. Hunc sermonem dolose significatis, quando inquiritur à nobis, utrum uere fidem habeatis de corpore domini, & responderetis inquirentibus, bonam uos de corpore domini fidem habere. Si ergo hæc ita se habent, & si hoc est uerbum occultæ sapientiæ uestræ, scitote quia non est hæc sapientia à domino deo, sed adiuuenit eam princeps uester diabolus, ut per talem sermonem daret infidelitati uestræ aliquem colorem, in quo similis esset fidei catholicæ, quo minus abhorreret eam populus stultus, quem trahitis post uos. Nolite misera gens fallere vosmetiplos inanibus uerbis. Verum quidern esse fatemur, quod omne corpus, omnis caro domini est, cuius est terra & plenitudo eius, & iustorum hominum non solum animæ, sed & corpora, membra Christi dicuntur, ut apud Paulum, qui dicit: An nescitis quia corpora uestra membra Christi sunt? Nasquā tamē hic modus loquendi in scripturis inuenit, ut corpus alicuius hoīs, quamlibet sancti, vocetur corpus dñi, uel alicuius caro uocet caro Christi, præter illud unicum corpus quod unitum est diuinitati in domino salvatore. Hoc singulariter uocatur corpus domini, & caro Christi in scripturis, & ubique loquitur scriptura aliquid huiusmodi, quod corpus domini manducandum sit à fidelibus, ita hoc dicit, ut non possit sermo ille intelligi de aliquo alio, nisi de illo fin-

1. Cor. 6

## ADVERSVS CATHAROS

Ioha. 6. gulari corpore personæ Christi. Videte quod dominus in euangelio sic ait: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habetis uitam in uobis. Nunquid putatis quod hoc de aliquo hoīs filio possit ueraciter intelligi, preter illum unicum filium hominis, Christum virginis filium? Nunquid putatis quod mactandus sit aliquis homo, & coquendus aut assandus, & sic manducandus, ut uita eterna habeatur? Non hoc certe præcepit deus in lege sua, qui dixit: Non occides: etiam si sine peccato occidi possit homo & manducari, non habet tamen tantam uim humana caro, ut suo gustu possit alicui præstare uitam æternam. Ex hoc ergo scitote, quod dominus singulariter de suo corpore, quod diuinitati erat unitum, loquebatur cum dicebat: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, &c. Filiū hominis se solebat appellare saluator, nec usquam in euangelijs hac appellatione significatus est alius aliquis præter ipsum. Hinc scimus quoniam & hoc loco ubi dixit de carne filij hominis, se singulariter significauit. Ut autem certius fieret, de quo filio hominis hic loqueretur, & qualem uitā

Exo. 22. promitteret his qui manducarent carnem ipsius, & sanguinem biberent, postea & alio loco ait: Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet uitam æternam. Vera quidem caro est caro Christi, sed in multis ab omni alia carne singularis est, & tali modo manducatur, quo nullus aliis cibus manducatur, sicut & supra ostensum est. Uita est diuinitati, & ex ea hanc habet uitatem, ut qui eam dignè manducat, uitam æternam in ea

Ioha. 6. promitteret his qui manducarent carnem ipsius, & sanguinem biberent, postea & alio loco ait: Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet uitam æternam. Vera quidem caro est caro Christi, sed in multis ab omni alia carne singularis est, & tali modo manducatur, quo nullus aliis cibus manducatur, sicut & supra ostensum est. Uita est diuinitati, & ex ea hanc habet uitatem, ut qui eam dignè manducat, uitam æternam in ea

## SERMO XI.

in ea māducet, quia sanctificatur per virtutem dei  
fici spiritus, qui carni adiunctus est: Qui uero indi-  
gne manducat, huic ipsa caro nō prodest aliquid,  
sicut & ipse dominus testatus est dicens: Spiritus ē  
qui uiuiscitat, caro non prodest quicquam. Non  
solum autem non prodest caro illa indigne mādu-  
canti, sed & nocet, quia iudicium sibi manducat in  
ea: Disperdit enim illum deus inhabitans carnem  
sanctā, & ulciscitur iniuriā habitaculi sui. Sicut au-  
tem singularis est illa caro ab omni alia carne, ita  
& de ea ordinavit deus, ut singulariter māducetur,  
& aliter q̄ aliquis alijs cibus. Nam sub specie panis  
in altari nobis uirtute diuina præsentatur, & uide-  
tur & tangitur: In sapore panis gustatur & mandu-  
cat, sicut & sanguis dominicus in spē uini nobis p̄-  
sentatur, & in sapore uini gustatur & hauritur: Fra-  
ctio ibi uidetur, sed ea in sacramēto est tantū, id est  
in forma uisibilis panis. Cōmuniono partium in mā-  
ducando sentitur, sed itē in solo sacramēto est: ipsa  
autem substantia dominici corporis, quæ in sacra-  
mento latet, integra manet & incorrupta. Mandu-  
catur hic cibus, sed non consumitur ut alius cibus,  
ad animam transit, animam confortat & illumi-  
nat, eamq̄y conduceat ad uitam æternam. Singulari-  
tas ista in illa sancta carne est, quam de uirginis u-  
tero filius dei assump̄it, sibiq̄e eam segregauit ex  
omni carne quæ sub coelo est, ut haec mirabilia ope-  
retur in ipsa ad salutem electorum suorū. Propte-  
re a non uobis durū uideaē credere sp̄aliter de hac  
carne dictum esse illud, quod supra ex euangelio  
inductum est: Nisi manduaueritis carnem filij ho-

## ADVERSUS CATHAROS

minis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis  
vitam in uobis: & illud: Caro mea uere est cibus,  
& sanguis meus uere est potus: aliaq[ue] similia his.  
Quidam discipulorum Christi qui talia ipsum di-  
centem audierant, murmurabant dicentes: Quomo-  
lohan.6 do potest hic nobis carnē suā dare ad manducan-  
dum? Durus est hic sermo, quis potest eū audire?  
Et conuersi retro discesserunt ab eo, & ultra non  
ambulauerunt cum ipso. Aestimabant enim q[uod] di-  
ceret eis se manducandum ab eis in ea specie qua  
apparebat inter eos, ita ut per frusta concideretur,  
& dentibus eorum dilaniaretur: & ut sanguis eius  
in specie sanguinis hauriretur ab eis, ipse uero nō  
hunc modum manducandi eis significabat, sed il-  
lum manducationis modū, quo uere quidem ca-  
ro Christi manducatur, ita tamen ut manducanti  
uideatur non se manducare carnem, sed panem:  
& ut bibenti sanguinem eius uideatur, non se san-  
guinem potare, sed uinum. Hoc uere idcirco ita sie-  
ri ordinauit deus, ut tanto maius sit meritum eius  
qui cum tali fide utrung[ue] sumit, ut credat potentia-  
m dei tantam esse, ut hoc facere possit: & bonita-  
tem eius tantam esse, ut hoc dignetur facere pro  
hominis dilectione. Item & propter hoc uoluit do-  
minus carnem suam manducari, & sanguinem su-  
um potari in alia specie quam est, ne nitium ex-  
pauesceret quisq[ue] manducare carnē illā & sanguī-  
nem illum potare, si visceret utrung[ue] in propria spe-  
cie: & ut tanto minorem occasionem haberent Iu-  
dei siue pagani irridendi Christianos, ac dicendi  
& manducarent dominū suū, & biberent san-  
guinem hominis occisi. Vir quidam nostri tempo-  
ris

## S E R M O XI.

ris qui infamatur erat, quod de Catharia nostra gressasset, cum interrogaretur in extremis suis, an uel let dari sibi corpus domini, dixisse memoratur: Si esset illud corpus domini tantæ quantitatis, ut est petra Erenberti, iam dudum esset consumptum, ex quo primum ccepit primum manducari. Verbum irrisio[n]is erat hoc, & ex infidelitate p[ro]cessit, in qua, ut dicunt, & uos estis absorpti: unde & uos de eodem ybo cōuenio. Nunquid creditis uerum esse quod dominus Iesus Christus de quinq[ue] panibus quinq[ue] milia hominum satiavit, & quod saturatis superfluerunt duodecim cophini fragmentorum? Negare hoc non potestis, nisi euangelij contradicere uelitis, in quibus manis iste hoc legitur: Et nungd non creditis quin & per eandem uitritum qua hoc miraculum fecit, potuisset & alios plures illis quinq[ue] milibus satiare ex eisdem panibus? Dubium non est quin potuisset. Plus enim panis erat in duodecim cophinis fragmentorum, quæ superauerant manducantibus, quam fuisse primo in illis quinq[ue] panibus antequam eos distribuere coepisset in turbas. Nam forte in uno duodecim cophinorum aut duobus potuissent fuisse contēti panes illi qui ab uno pueru illic baiulabantur. Idcirco autē plus superesse uoluit dominus, q[uod] distributum fuisse, ut intelligeretur nondum ita coartata fuisse potentiam eius, quin adhuc ex eisdem panibus multo plura milia satiasse potuisset. Idipsum autem miraculū quod fecit de quinq[ue] panibus, poterat sine dubio fecisse de uno, & nō solū de uno integro pane, sed & de buccellia panis hoc facere potuit. Omni

Ea est e  
regione  
Cōfluē-  
tiæ, ho-  
die Her-  
mellei  
dicta.

## ADVERSUS CATHAROS

dubitazione remota credere possumus, quod eadem virtute qua potuit de nihilo facere omnia, posset & micam panis ita multiplicare, ut inde sataret infinita milia hominum. Qua ergo ratione disfidere possumus, quod eadem virtute possit hoc miraculum facere de corpore suo, ut quotidie in sacramento manducetur à multis in ecclesia sua, & tamen nunquam manducando consumatur? Certe sicut olim Christus in coena sua inconsumente & integro corpore coram discipulis sedebat ea hora, qua manducabant corpus eius, ipso dicente: Accipite & manducate, hoc est corpus meum quod pro uobis tradetur. Sic & nunc eisdem horis eisdemque momentis, quibus per diuersos fines mundi in ecclesijs manducatur corpus eius, sedet inconsumente corpore ad dexteram patris in caelo. Non ex hoc nostro humano sensu hanc fidem habemus, sed ex scripturis ueritatis, que sunt à spiritu sancto, & in quibus totius catholicæ fidei fundamentum uniuersa Christi ecclesia habet. Tu uero o Cathare hanc fidem in absconditis tuis irrides quasi stultitiam magnam. Infelix, quomodo audes stultitiae deputare hoc, quod facit sapientia dei? An impossibile est, an non licet Christo, qui est dei uirtus & dei sapientia, de corpore suo facere quod uult? An oculus tuus nequam est, quia ipse bonus est? Vere bonus est, quia electorum suorum causa multa fecit, & adhuc facit, quæ ei ab inimicis suis, uidelicet Iudeis & paganis, & similibus tui, reputantur ad stultitiam & ad infirmitatem. Sed sicut dicit Apostolus: Quod stultum est dei, sapientius est hominibus. Et quod infirmum est dei, fortius est hoībus.

Luce 22

1. Cor. 1.

Non

## SERMO XI.

Non possum inq̄s, credere hoc, quod dicit de corpore Christi, q̄a nullatenus intelligo qualiter esse possit. Insipiens homo, nungd putas deū nihil posse facere quod tu non possis intelligere? & qd est in omnibus que credere nos oportet, quod homo super terram uiuens suo sensu ualeat oīno penetrare aut intelligere quomodo sit aut quomodo fuerit iam tandem pone pertinaciam inimice ueritatis & crede securus ea quæ dixi, q̄a nihil periculi ex hac fide patieris, imo & multum fructum ex ea inuenies. Si uero non credideris, in infidelitate tua æter naliter peribis. Secure dico, q̄a quod nihil ex ea fide quam prædico, periculi patieris, q̄a sancti uiri, q̄ fuerunt ante nos, quorum sanctitas predicatur & glorificatur in uniuerso mundo in hac fide saluati sunt. Sancti apostoli & apostolici patres missas celebrasse legunt, in ea fide qua crediderunt se corpus & sanguinem domini confidere & accipere, & alijs dare. Legitur quod accidit aliquando, ut hæc infidelitas de corpore Christi, qua uos irretiti estis, etiam in populo Romano increuisset, & magnam Gregorij partem ciuitatis occupasset tempore Gregorij patius. p̄e: q̄ cū oraret pro infidelitate populi, & inter misericordia solennia secundum consuetudinem obtulisset sup altare dei panē & uinū, & solitas benedictiones fecisset, hoc precibus à deo obtinuit, ut appareret ibi caro dñica sicuti erat, & ostenderetur his q̄ aderant in specie carnis, quæ prius illic fuerat in specie panis: sic q̄ liberatus est populus ab infidelitate hac. Legimus de sancto Martino Turenensi episcopo, qui nō minor sanctis apostolishabebatur, quod dum sacramēta corporis & sanguinis

## ADVERSUS CATHAROS

nis domini in ecclesia offerret, globus igneus ap-  
paruit super caput eius. Signum hoc indubitate  
à deo erat, & demonstrauit deus in hoc meritum  
sancti uiri, & officij eius sanctitatem honorauit.  
Quod nequaquam fecisset, si falsa & inanis esset fi-  
des eius, cum qua astabat altari diuino, & qua cre-  
debat adesse in manibus suis corpus & sanguinem  
domini nostri Iesu Christi. Tales itaq; uiros confi-  
denter sequi potes in ea fide, qua ipsi nos præcesser-  
unt, & quam à talibus scriptam habemus in libris  
quos reliquerunt post se. Manes tuus manet in in-  
ferno, isti uero manent in cælo. Tu fuge Manem &  
infernum, hos nobiscum sequere, ut cum eis pari-  
ter maneamus in æternum. Quod præstare digne-  
tur IESVS CHRISTVS, qui cum deo patre &  
spiritu sancto uiuit & regnat deus per omnia se-  
cu la seculorū. Amen.

## CONTRA NONAM HAERETICAM DE HUMANITATE SALUATORIS.

Sermo XII.

**A** Edificium sine fundamento, ut opinor, cō-  
struxi. Nam qui bene uos nesciunt, saluato-  
ris humanitatē negare uos dicūt. Quod  
si ita est, uane operam consumpsi disputans uobi-  
scum de corpore & sanguine domini. Non est au-  
tem incredibile mihi, insani magistri insanos esse  
discipulos. Nam princeps erroris uestri Manes, sal-  
uatorem nostrum ita in humanitate apparuisse  
docebat, ut uideretur quidem homo esse, & non ef-  
fet

set uere homo: & quod nec uere natus fuisset de  
 uirgine, neque uere passus, neque uere mortuus,  
 nec uere a morte suscitatus, sicut & duo magi Za-  
 roe & Arphaxat ante ipsum in Persia docuisse le-  
 guntur. Quod si in hoc errore illum sequimini ma-  
 gis quam sancta euangelia, de quibus uos iacta-  
 tis, q[uo]d uos soli ea sciatis & obseruetis, proculdubio  
 aut cæci estis aut insani: Cæci estis, si in eis huma-  
 nitatem Christi non intelligitis, quæ ibi manifeste  
 prædicatur: Insani autem, si uere intelligitis, & ta-  
 men obstinata mente Euangelistis contradicere  
 audeatis. Si essetis Iudæi, forsitan longam disputa-  
 tionem ex lege & prophetis de hac re uobiscum  
 aggrederer. Nunc autem cum uos profiteamini es-  
 se Christianos, & euangelia legatis & sciatis, sicut  
 dicitis, non me finit indignatio de hoc aduersum  
 uos longo sermone laborare. Legitis enim ibi ma-  
 nifeste, quod easdem humanæ naturæ infirmi-  
 tates in carne sua sustinuit, quas naturaliter pati &  
 alii homines solent: Esurivit & sitiuit, lassatus est ex  
 itinere, dormiuit, fleuit tristatus est, sicut Euan-  
 gelistæ testantur, quos, ut puto, non audetis dice-  
 re fuisse metitos. Qd si uere non fuit in eo substâcia  
 carnis, sed umbratilis quædam similitudo corpo-  
 ris humani, nullo modo ista uera potuerunt esse de  
 eo. Dicitis forte, quod qui assimilauit se esurire, siti-  
 re, & cætera omnia quæ diximus. Ideo euange-  
 listæ ita de eo locuti sunt, ut illos gestus simulatio-  
 nis eius talibus exprimerent herbis. Filiij Belial, qua  
 uos audacia imponitis simplici agno simulationis  
 duplicitatem, ueritati, quæ deus est, falsitatem:  
 Ipse uerè corpus & animâ se habuisse testatus est:  
 & qua

## ADVERSVS CATHAROS

¶ quare temeritate uos dicitis neutrum in ipso fuisse, & magis credendum in hoc arbitramini fallaci Manichæo, quam ueraci deo? Verum corpus habere se testabatur, quando ad discipulos suos dicebat. Videte manus meas, & pedes meos, quia ego sum: palpate & uidete, quia spissus carnem & ossa non haber, sicut me uidetis habere. Et cum hoc dixisset, ostendit eis manus & pedes: & post haec cum obtulissent ei ad manducandum partem piscis affi & fauum mellis, manducauit coram illis. Animam quoque se

LUC. 24. Mat. 26. habere ostendit in eo, quod imminentia sibi passio

Ioha. 10 ne sua dicebat: Tristis est anima mea usque ad mortem. Similiter & in eo quod dicebat: Potestatem habeo ponendi animam meam, & iterum sumendi eam. Quid ergo dubitas infelix Cathare uera humanitatem eum habuisset, quem ex uerbis ipsius intelligere potes uerum corpus humanum & animam habuisse? Si dubitas eum de uirginis utero corpus assumpsisse, curre miser ad euangelium Lucae, in quo leguntur uerba angelicæ Mariæ loquentes hoc modo: Ecce concipies in utero, & paries filium. In utero, inquit, concipies, ut intellegas de ipsa carne uirginis uteri, & non aliunde eum carnem assumpsisse. Item id ipsum intelligere potes ex uerbis angeli, quæ, ut Matthæus scribit, ad Ioseph locutus est hoc modo: Ioseph fili David, noli timere accipere Mariam coniugem tuam: quod enim in ea natum est, de spissante est. In ea inquit natum est, ne putares umbratile aliquid, & non ueram carnem eum eduxisse de utero matris, uel aliunde quam ab ipsa, corpus eum assumpsisse, ut infelix Valentinia nus dicebat, Christum de coelo corpus attulisse in

Lucæ 1.

Mar. 1.

utergo

uterū matri, ac per eam quasi per fistulam eum  
 transisse in hunc mundum: uel sicut Apelles haere-  
 ticus dicebat, non de ccelo, sed ex aëre eum corpus  
 assumpsisse, quod produxit de uirgine. Itē ad hoc  
 ipsum pertinet quod Apostolus dicit: Misit deus si Galat. 4.  
 lium suum factum ex muliere, factum sub lege.<sup>1</sup>  
 Factum, inquit ex muliere, ut intelligas substanti-  
 am corporis eius de substantia uirginē & carnis fa-  
 bricatum fuisse. Cum uera carne natū fuisse Chri-  
 stum ex prædictis testimonijs, siquid sanæ mentis  
 habes, intelligere potes, & in uera carne eū fuisse  
 passum & mortuum, ex multis scripturæ testimo-  
 nijs euidentissimum est, & nunc unum pro multis  
 inductum sufficiat ex Iohannis euangelio, qui in  
 fine passionis dominice ita ait: Vnus militū lancea Iohā. 19.  
 latus eius perforauit, & cōtinuo exiuit sanguis &  
 aqua: & qui uidit testimonium perhibuit, & uerū  
 est testimonium eius, & scit ille q̄a dicit uera, ut &  
 uos credatis. Facta sunt eīm hēc ut scriptura imple-  
 retur. Os non comminuetis ex eo. Et iterum alia  
 scriptura dicit: Videbunt in quem transfixerunt. At  
 tende quid ait, quia exiuit sanguis & aqua, & quod  
 hoc se uidisse testatur, & scire se rei ueritatem dice-  
 re, diligēter affirmat, ut nullo modo dubitetur ue-  
 ritatem carneæ substantiæ in Christo fuisse. Nam si  
 phantasticum corpus habuisset, ita ut non fuisset  
 in eo uera caro, sed inanis & umbratilis quædam  
 carnis similitudo, ut mentitus est uester Manichæ-  
 us, non magis de corpore eius lancea perforato, q̄  
 de uento percusso potuissent profluere sanguis &  
 aqua. Quod uero in eadem carne, in qua natus est,  
 & passus etiam resurrexit, ex verbis quæ supra in-

E duxi

Exod. 12.

Zach. 12

## ADVERSVS CATHAROS.

Cuxi patet, quæ post resurrectionē suā dixit, ostendens discipulis suis manus suas & pedes: & ex eis quæ dixit Thomæ dubitanti, si sufficere possunt hæc quæ dixi ad comprobādum uobis ueritatem humanæ naturæ, quæ in Christo Iesu, sufficient: si autem maneat infelix Catharus cum suo Ma- ne in mēdacijs suis: & qui in sordibus est, sordescat adhuc, & perefluat in perditionem loquentium amendacium.

### Contra hæresimdecimam de humanis animabus. Sermo XIII.

**D**E hæresi quam suprà inter ceteras decimo loco ordinaui, nescio an sit generalis hominibus sectæ huius: quia in plerisque rebus disfident à seipsis, ita ut quod à quibusdam eorum afferitur, ab alijs negetur. De ea hæresi loquor, qua dicunt nihil aliud esse animas humanas, nisi illos apostatas spūs, qui in principio mudi ceciderunt à regno dei, & hos posse in corporibus humanis promereri salutem: non autē nisi inter eos qui sunt de secta eorum. Hoc autem non legitur inter errores Manichæi, sed alia non minor insanía de animabus ibi inuenitur, idcirco dubium mihi est, ut dixi, utrum hi homines hunc errorem generaliter teneant, an non. Quod siue ita sit, siue non, quis ad magnam clemētiā pertineat hic sermo, & iuste non ab alijs argumentis compesci deberet, nisi uirga & baculo, rationabilia tamen responsa dare omnabilis, & humanæ rationi contrarius, ut non sit

sit mihi gradis metus de simpliciori populo quod  
 facile in eum posset induci: propterea non multū  
 laboris in hac parte assumere propono, sed breue  
 contradictionem aduersus insensatos adduco. Ex  
 antiquo hoc in communi fide est, & sacra scripta  
 attestantur, quod ad hoc creavit deus humanum  
 genus, ut ex eo restauraret cœlesti curiae numerū  
 angelorum, qui ex ea ceciderunt in exordio mun-  
 di. Postq̄ autem per inuidiam diaboli etiā huma-  
 num genus lapsum est in peccatum, & de paradi-  
 so expulsum est, in primis parentibus filius dei  
 in his nouissimis temporibus factus est homo, ut  
 humanum genus à peccatis suis, & à potestate diabo-  
 li liberaret, quatinus adhuc in eo perficeret quod  
 proposuerat, uidelicet ut ex eo cœlestem curiam  
 restauraret, & impleret numerum angelorum suo  
 tum, qui fuerat imminutus per ruinam illorum, q̄  
 proiecti fuerat de cœlo propter superbiam suam.  
 Creditis hoc uos qui ex paradiso estis? Si non credi-  
 tis, ecce inducam uobis uerba apostoli Pauli, ex q̄  
 bus intelligere potestis ita esse ut dixi. Hic in episto-  
 la quā scripsit ad Ephesios de deo patre dicit quo-  
 dam loco sic: Gratificauit nos in dilecto filio suo,  
 in quo habemus redemptionem per sanguinem  
 eius, & remissionem peccatorum, secundum diui-  
 tias gratiæ suæ, quæ superabundauit in nobis, in  
 omni sapientia & prudentia, ut notum nobis face-  
 ret sacramentum voluntatis suæ secundum bonū  
 placitū eius, quod proposuit in eo in dispensatiōe  
 plenitudinis temporis instaurare omnia in Christo,  
 quæ in cœlis, & quæ in terris sunt in ipso. Hoc ergo  
 animaduertite in hoc sermone, quod dicit proposi-

Ephe. 1.

## ADVERSUS CATHAROS

Suisse deum patrem instaurare in Christo omnia  
quæ in cœlis & quæ in terris sunt in ipso. Omnia q  
in terris sunt in ipso. i. in predestinatione & electio  
ne ipsius, id est omnes electos homines, proposuit  
deus instaurare in Christo, id est per Christum. Itē  
omnia quæ in cœlis sunt, id est totum numerū an  
gelorum, qui fuerat imminutus per ruinam lapsi  
rum spirituū, proposuit instaurare per Christū, ita  
ut redimeretur humanum genus per ipsum, & lo  
co angelorum collocaretur electorum hominum  
numerus, atq; cœlestis curia ita ad integratam  
plenitudinis suæ rediret, in qua primo condita fu  
erat. Nā si ille nūerus ministroꝝ dei, quē in princi  
pio ad laudem nominis sui creauit, per Christum  
redintegratus non fuerit, non omnia in cœlis per  
Christum instaurātur. Si uero per ipsum impletus  
fuerit ille numerus, ita ut tot homines saluent, quod  
angeli ceciderunt, uel plures, sicut afferunt quidā,  
& si nihil aliud sunt anime humanæ, quam illi spi  
ritus qui ceciderunt, necessario concedendum est,  
quod & omnes angeli qui ceciderunt, & omnes  
homines saluandi sint. Qui erunt ergo angeli de q  
bus dominus in nouissimo dicturus est & qui  
erunt homines quibus dicturus est: Ite maledicti  
in ignem æternum, qui præparatus est diabolo  
& angelis eius. Nunquid non cognoscitis hic quo  
q; uos esse mendaces? Intelligite nunc insipientes  
insipientiam uestram, & stulti aliquando sapite,  
& agnoscite quod non descendit filius dei de cœ  
lo, ut redimeret à morte æterna dæmones, sed ho  
mines q; nō sunt dæmones, sed q; bus est collecta  
tio cōtra spūalia nequitia in cœlestibus, id est, ad  
uersus

Mat. 25;

## S E R M O . X L .

versus malignos spūs, q̄ non regunt, ut dicitis, corpora nostra, sed potius destruere nos & in corpore & in anima incessabiliter student. Non uenit falso  
Mat. 8  
uare malignos spūs, sed torquere eos, sicut ipsi confessi sunt quando ex obsessis hominum corporib⁹ clamabant ad eum dicentes: Quid nobis & tibi fili dei? uenisti ante tempus torquere nos: Hactenus me de his disputasse sufficiat: & si quid minus sufficienter dixi, addat ad hęc prudens defensor ueritatis quæcumq; ei competentia uidentur, ad monumentum catholicæ fidei, ut arceatur à uinea domini uulpeculæ pessimæ, quæ demoliriuntur eam. Si quid etiam simpliciter & quadammodo grosse videbor dixisse, non ex hoc me despiciet lector, q̄a ea cōsideratione feci, ut ubiq; esset sermo interpretabilis simplici populo, cuius ædificationi præcipue intendi ita scribendo ad laudem & honorem Iesu Christi dei & dñi nostri, cui est gloria & potestas in coelo & in terra permanens in secula seculorum, Amen.

Quicunq; ad monumentum catholicæ fidei hūc librum transcriperit, & scriptum diligenter correxerit, scribat nomen eius deus in libro uitæ. Rogo scriptorem ut hæc quoq; uerba ascribat rex.

tui suo, & excerptum quod

sequitur, non negli-

gat in fine,

libri

sui apponere.

# EXCERPTVM DE MANICHAEIS EX AVGUSTINO.

**M**anes, qui & Manichæus à discipulis suis uocatus est, ut uitaretur nomen insaniae, natione Persa, ueniens in partes Græciae, spiritum paracletum se esse affirmauit, quem dominus Iesus apostolis se missurū promiserat. Hic ex discipulis suis duodecim elegit, eosq; apostolos nominauit, ad imitationem domini Iesu. Quem numerum Manichæi adhuc hodie custodiunt. Nā ex electis suis habent duodecim, quos appellant magistros, & tertiumdecimum principem ipsorum. Episcopos autem septuaginta duos, qui ordinantur à magistris: & presbyteros qui ordinantur ab episcopis: habent & diaconos suos, & hi omnes electi uocatur inter eos. Cæteri uero qui nōdum ad hos gradus ascenderūt, auditores tantum. Mitantur autem ex omnibus, qui uidentur idonei ad eorum errorem, uel ubi est, sustentandum & augendum: uel ubi non est, seminandum. Est autem dogma quod à suo heresiarcha accepterunt, huiusmodi: Creatorem omnium rerum deum esse negant, sed duo rerum principia esse affirmant, unum bonum, & alterum malum: & hæc sibi coetera esse & contraria: & bonum quidem principium esse affirmant: malum vero quendam immanem principem tenebratum, à quo omne corpus originem ducere censem. Animas autem hominum & uitalem spiritum, quorumlibet animantium, & uitutem quæ uiuificat arbores, & herbas & semina à deo originem habere dicunt, immo & partem dei unum quodq;

## EXCERPTVM EX AVG.

Quodque talium esse uolunt: Nam diuinam substā-  
tiam omnibus generibus corporum admixtam  
esse credunt. Hanc autem commixtionem hac ra-  
tione factam esse afferunt: Fuerunt, ut ait Mani-  
chæus, ab exordio duæ substantiæ à se diuisæ: duo  
scilicet regna diuersa & contraria atque cogterna,  
uidelicet regnum lucis & regnum tenebrarum: &  
regnum quidē lucis deus pater obtinebat. Hoc q-  
ue substantiam bonam Manichæus appellauit,  
sive naturam bonam & incommutabilem, & om̄i  
no inuiolabilem: & hoc non aliud quam deum es-  
se confessus est. Erat autem, ut ait, iuxta unum la-  
tus illius illustris ac sanctæ terræ, tenebrarum ter-  
ra immensa magnitudine, hancq; substantiam ma-  
lam appellauit, sive fumum malum, sive malam  
naturam. Distinxit autem eam in quinque ele-  
menta, fumum, tenebras, ignem, aquam, uentum:  
& hec quinque malas naturas appellauit. In singu-  
ulis autem monstra pestifera ac pessima nata fu-  
isse dicebat: in fumo bipedia: unde & ex habita-  
toribus fumi homines originem habere dixit: in  
tenebris, serpentia: in igne, quadrupedia: in aquis,  
natilia: in uento, uolatilia. Vnumquodque au-  
tem genus in suo elemento manere dixit, omnia  
q; haec gentem tenebrarum appellauit.

In hac ergo terra morabatur, inquit, immanis  
quidam princeps, habens circa se innumerabiles  
principes, eratq; ipse omnium horum dux & ori-  
go: Ponit autem sedem eius in elemēto fumi. Qm̄  
ergo terra ista cum suis habitatoribus ualde erat  
pestifera, ac regno dei contraria, ne forte ipsa re-  
gno dei aliquod inferret nocumētum, placuit deo

## ADVERSVS CATHAROS

expugnare eam, eiusq; malitiam aliquo tempore  
mento refrenare. Misit ita q; de regno suo alia quin-  
q; elementa, quæ de sua ipsius substantia fabrica-  
uerat, & hæc quinq; illis malis immiscuit, singula  
singulis, fumo aërea, tenebris lucem, igni malo,  
ignem bonum, aquæ malæ, aquam bonam, uento  
malo, uentum bonum. Facta ergo hac commix-  
tione bonæ naturæ cum mala, orta sunt ex illis  
quinq; generibus animantium, quæ supra distin-  
cta sunt, omnia hæc genera animantium quæ ui-  
demus in terris, ita ut ex singulis singula proueni-  
rent: atq; ex illo tempore omnia animalia partem  
bonæ naturæ, & partem malæ habere dicunt, eo  
quod post commixtionem boni & mali nata sunt.  
Hac ergo ratione Adam & Euam ex principib; fu-  
mi natos asserunt, quorum pater nomine Saclas,  
ut dicūt, omnium sociorum suorum foetus deuo-  
tauit. Et quia magna pars diuinæ substâtiæ admix-  
ta erat fortibus illis, ideo maximam partem bo-  
næ naturæ dicunt eum habuisse, & exiguam ma-  
læ. Qui cum sancte uiueret propter exuberan-  
tem copiam boni, commotam tamen fuisse in  
eo aduersam partem mali, ut ad concubitum de-  
clinaret, atq; ita eum lapsum esse & peccasse, sed  
uixisse postea sanctiore. Dicunt autem quasdam cœle-  
stes uirtutes ad hoc à deo ordinatas, ut per totum  
mūdum eentes, bonam illam naturam paulatim  
purgarent à mala cui immixta est, & purgatā dua-  
bus nauibus imponant, & ad regna sua transmit-  
tāt. Naves autem illas dicūt fabricatas esse ex pu-  
ra dei substantia, & hæc sunt, ut dicunt, sol & luna:  
& lunam quidem dicunt factam ex aqua bona, so-  
lem

lem uero ex igne bono. Ideoq; orationes faciunt ad solem per diem, quacunq; circuit: ad lunam uero p nocte, si apparet: si nō apparet, ad aquilonē, qua sol cū occiderit ad orientē reuertit. Ad imitatiōnem itaq; coelestium spirituum etiam electi eorum dicūt se purgare bonam illam naturam à mala, dum comedunt uel bibunt. Quod enim bonæ naturæ immixtum est cibis & potibus in uentre eorum, ut aiunt, liberatur, & ipsi illud cum orationibus transmittunt ad coelestia: Quod autem mala naturæ ibi est, ad secessum uadit. Hoc autem faciunt in omnibus frugibus, & fructibus & seminib; bus. Dicunt em̄ partem illius bonæ naturæ etiam terræ admixta esse: unde cum exhalet ac sursum ad sedes proprias redire conatur, in herbas & arbores per radices earum incurrit, sicq; in his eam detineri contingit, & impediri ne ascendat. Hæc ergo est causa quare agriculturam non exercent, quoniā quasi homicidium reputant herbas aut arbores eradicare aut truncare, sed & folia aut fructus decerpere nefas habēt: His em̄ inesse sanctas quasdam animas, intellectum habentes perhibent, easque uehementer dolere cū ista lœduntur, & expelli cum amputantur. Animas auditorum suorū in electos transfire aut in arbores opinantur: ideoq; arbores ita uenerātur, ut & spinas de agris euellere non audeant. Permittunt autem auditoribus suis hæc facere, ut per eos uictum habere possint: foenerari uero multo licentius putant quam agros colere. Adeo autem, ut dictum est, diligentius uolūt purgare illam bonam naturam in omnibus seminibus per comestionem, ut & sperma hu-

## EXCERPTVM EX AVG.

manum farinæ panis sui admixtum gustare non  
abhorreant: sed hoc uehementer occultant: dete-  
cta est tamen hæc illorum turpitudo apud Cartha-  
ginem,cogente Vrso tribuno per duas puellas in  
diuersis locis, ita ut neutra alteram hoc prodidis-  
se sciret.Quarum altera nomine Margareta, cum  
esset annorum nondum duodecim, propter hoc  
quasi coeleste mysterium corruptam se esse con-  
fessa est:altera uero no[n] Eusebia Manichæa, quasi  
sanctimonialis, primo negans,tandem uix computa-  
ta est idipsum de se fateri, & totum turpisimum  
illud scelus exponere.Non autem omnes hoc face-  
re dicuntur,sed quidam eorum, qui dicunt Catha-  
ristæ.i.purgatores.Est em̄ secta illa diuisa in tres  
partes,in Catharistas,& Mattharios,& eos qui spe-  
cialiter Manichæi dicuntur:cum tamen om̄es discl  
plinā Manichæi obseruent.Carnes om̄es immū-  
das iudicant,nec eis uescunt:dicunt em̄,quia cū oc-  
ciditur qdlibet aial,statim pars illa diuinæ substanciæ,  
quæ inerat corpori, euolat,& quod remanet  
totū immundū est,quia ex cōcubitu uenit,& opifi-  
cium est gentis tenebrae,& coinquinat mandib-  
lēt.Auditoribus suis tamen eas comedere per-  
mittunt,sed oīno prohibent,ne aialia occidat:aiūt  
em̄,quia principes gentis tenebrae sua singuli in  
terrīs aialia possident,de suo genere ac stirpe ueni-  
entia:qui peremptores eorū reos tenet,nec de hoc  
mundo exire permittunt,quin antea poenis, qbus  
possunt eos atterant:nec oīua saltē sumunt,qua-  
si & ipsa cū frangunt,expirant:sed nec alimonia la-  
ctis utuntur,quis de corpore uiui aialis mulgea-  
vītū non bibūt,dicentes fel esse principū tenebrae.

800

## DE MANICHAEIS.

rum: bibunt tñ caroëni, quod non est aliud nisi uel-  
num coctu. Vnas comedunt, & multu abominan-  
tur, dicentes diuinu substantiam fugari in attriti-  
one uare, quā multis modis à rebus fugere dicūt.  
Fugit em, ut aiunt, dū fruges & poma carpuntur:  
fugit cū affliguntur terendo, molendo, coquendo,  
manducando: fugit in oibus motibus aialium, uel  
cū gestiunt, uel laborant: fugit etiā in ipsa digestio-  
ne: multaq; circa hæc turpissime confingunt. Elec-  
mosynam ex omibus quæ ipsi comedunt, dare ali-  
cui non Manicheo, mēdicanti phibent: ita ut nec  
aquā in summa necessitate posito uelint porridge-  
re, ne mēbrū dei, qd his rebus admixtū est, in illū  
transeat, eiusq; peccatis fōrdidatū impedit a redi-  
tu: ideo sāpe coartantur ultra modū comedere, &  
paruulos suos nimia ingluvie interficere, ne uel ali-  
is dentur, uel apud ipsos pereant cibaria eorū, quo-  
rū utriq; nefas habēt. Vxores electis suis prohibe-  
tur, auditoribus concedunt: monent tñ auditores  
diligentissime, ut si utuntur coniugibus, conceptū  
tñ gñationemq; parte quæ possint deuitēt, ne diu-  
na substantia, quæ in eos per alimēta ingredi, uin-  
culis carneis liget in prole: per escas etem & pot  
parentum in omnem fœtū animā credunt descen-  
dere: itaq; nuptias sine dubio condemnant, qñ qui-  
dem generare prohibent, propter quod coniugia  
copulanda sunt. Dñm Iesum in terras uenisse, ad a-  
nimas, non ad corpora liberanda: cumq; nec de vir-  
gine natum credunt, nec fuisse in carne uera, sed si  
mularam speciem carnis ludificādis humanis sen-  
sibus præbuisse: ubi nō solum mortem, uerū etiam  
resurrectionem mentiret. Vnde pascha nostrum  
uel

## ADVERSVS CATHAROS

uel negligenter, uel omnino non celebrent. Celebrant autem pro eo quoddam festum, quod uocant Bema, id est, diem quo Manichæus eorum occisus est. Deum qui legem dedit per Moysen & per prophetas locutus est, non uerum deum fuisse dicunt, sed unum ex principibus tenebrarum. Promissionem domini nostri Iesu Christi de paracleto spiritus sancto in suo hæresiarcha Manichæo dicunt esse completam, ita uidelicet ut ipse esset spiritus paracletus: Vnde se in suis literis Iesu Christi apostolum dicit. Baptismum in aqua nemini prodeſſe ad salutem dicunt. Peccatorum originem non libero arbitrio voluntatis attribuunt, sed substantię gentis aduersæ, quam hominibus mixtam esse dicunt. Duas animas in uno homine esse dicunt, bonam & malā, easq; inter se habere cōfictum, quādo caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Afferunt etiam finito isto seculo animas quidem natura bonas, sed quæ non potuerunt à naturæ malæ contagione mundari, quæ si in unum globum accessuras, & cum mala natura in æternum daminandas. Finiuntur uera Augustini collecta de libris eius, quæ in principio libri huius me huic operi appositorum spopondi,

FINIS.



De Manichæo ex Raphaële Volaterrano.

**M**anes hæresiarcha sub Aureliano principe Romam e Perside uenit. Magistrum habuit Buddam nomine, qui & Terebinth<sup>9</sup> dicebatur, Brachman genere ac secta. Hic edocitus literas Græcas, sectā Empedoclis amauit, duo principia ponens inuicem contraria. Deinde in Persidē reuertēs, dictitabat se ex uirgine natum, & in mōtibus educatū. Edidit libros quatuor, quorum primum inscrisit, De mysterijs: secundū de euangelijs: tertīū de thesauris: quartū de fumis. Cuius tandem defuncti libri ad manus mulieris, apud quam ille diuertebat, peruenere. Hæc pueri septē annos ab se emptum, cui Cubrino nomen erat, literis eru- dīt, hæredemq; oīm fecit bonorum. Hic postea Manes appellatus fuit, ac pregrinationis Buddæ imitator factus, quaquaversus illius libros pro suis iactabat. Igitur cū propriā sectam constituere cupe- ret, dimissis hæreditate & oībus quæ possidebat, noua quædam conciliabula subterranea & coitus ne- sandos cōstituit. De quo Theodorus sic ait: Manes furore percitus, dixit unā in Christo naturā diuinā tñ, humanitatē uero eius phantasticam: non em- fuisse uerisimile deū pati uoluisse. Paulus uero presul Antiochæ eius tempore, contrariū dogma secu- tus, adfirmauit simplicē quidē hominē, uerū pro- phetam maximū, hunc deniq; Manetē ad ultimū rex Persarū uiuum curē direpta necauit, q; filium eius quē reiectis alijs medicis curare pollicebat, interfecerit. Ex Suida. Eusebius q; q; lib. 8. historiæ sic ait: Manes hæresiarcha, genere Persa, uita & mo- ribus barbarus, tā acer ingenio, ut ex nominis ar- gumento, insanire uideret. Deniq; Christi se nunc

formam gerere conabatur ostendere, nunc ipsum  
se esse paracletum dicitabat, eiusque more duode-  
cim discipulos quos elegerat quaquamversus stultis  
sima dogmata nuntiatum mittebat, atque hoc pa-  
cto Perfica uenena in nostro orbe propinabat. Ex  
hoc igitur Manichaeorum heresis orta, in praesentem  
diem ex eo tempore quo Fœlix urbi Romæ prece-  
rat, Diocletianusque imperabat,

FINIS.

Apud sanctam Coloniam, Anno à Christi natu-  
tate millesimo quingentesimo secundum, nono ca-  
lendas Ianuarij, Impensis Iohannis Soteris,

Cum gratia & privilegio ad sexennium.

Extratum, folio 1. facie 1. uersu 3. lege mite, nō mete.

552576

LEMIT

Le mitzvotim Cholev, Yomim v'Yamim  
V'Yomim v'Yamim v'Yomim v'Yamim v'Yamim  
V'Yomim v'Yamim v'Yomim v'Yomim v'Yomim v'Yomim  
V'Yomim v'Yomim v'Yomim v'Yomim v'Yomim v'Yomim